

1159

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

16  
b.I.3

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio



LECTORI.

Q VOD modo damus librorum de *Humani corporis fabrica* Compendium, in duas partes dissectum est: quarum una sex capitulo complexa, succinctissimam omnium partium historiam complectitur: altera in pluribus tabulis earundem delineationem sicut cum characterum quibus insinuantur indice proponit. Quare tuo ipsius arbitratu nostrum ordinem: quem ex uscio d'impressionis formam, compingendi: rationem commodissimum selegimus: tanti quanti usum erit pendens, aut partium descriptionem, notarumq; indicem: primum egredieris, quem omnino a figuris nudas viri mulierisque imagines proponentibus auspicabere, ubi externarum sedium appellationes, censularum imagnum index, occurrit. Integram osium compagem offert figura a viri tergo impressa: quamquam & figure ad viri illius proportionem del' neatice, ac vultus muscularum tabule inscripte, et am sectionis serie ossa proponant: Et principue earum quarta & quinta. Muscularum etenim ligamentorumque del' neatice petenda est: primum ab illa quam e regione figure omnia ossa experimentis locamus, ob idq; prima muscularum figure in tributur: cui succedit que tertia nominatur, dein quarta & quinta. N utrum enim que cilo poru que fit organa, & dein cor partes que ipsius munijs subseruent, simul cum nervis eius serie proponuntur: figuris nudam mulieris imaginem subseruentibus, ubi & muscularum generis: spectantur instrumenta, perinde ac virorum organa occursum in figura quae in muscularum tabulæ agglutinata. Eorum que calicaria complectuntur imaginem, præter tabulam nervis communis strans paratam, muscularum figure satis absolute referunt: ac primum quod dicitur put prime figure, dein secunde, mox quartæ: simul cum imaginibus quas eus figure manus amplexantur: & has subsequtur que in similia quinque figure manu est obvia, aliaq; inibi præter oculi partum effigiem hunc decubens. Vnde, & nostris conatus candide (uti offeruntur) utere.

BASILEAE.

A

SOCIETATIS MEDICO CHIRURGICA  
DI BOLOGNA

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

SERENISSIMO PRINCIPI PHI-  
LIPPO, DIVI CAROLI QVINTI IMPERATORIS  
MAXIMI INVICTISSIMIQUE FILIO HAEREDI.  
Andreas Vesalius S.

Andreas Vesalius S.



The image shows a page from a historical book. On the left side, there are two vertical woodcut illustrations. The top illustration depicts two figures in a wooded setting; one figure appears to be reclining or resting, while the other stands nearby. The bottom illustration shows a figure, possibly a laborer or a person in traditional dress, working at a task that involves a long wooden board or a similar object.

The right side of the page contains a large block of Latin text, which is a formal address or speech. The text is written in a clear, medieval-style script. It discusses the importance of education and the study of the human body (anatomy). The author, Princeps PHILIPPE, emphasizes the value of learning through observation and practical experience. He mentions the work of Galen and the need for anatomical studies to be conducted with care and precision. The text concludes with a date of August 1511 and a location of Patavii.

# ANDREAE VESALII BRVXEL-

LENSIS SVORVM DE HVMANI CORPORIS  
FABRICA LIBRORVM EPITOME.

## DE OSSIBVS, ET CARTILAGINIBVS, seu ijs quæ corpus suffulciunt partibus. Caput I.



MNES humani corporis partes sunt aut similes, sensuue simplices, ut os, cartilago, ligamentum, fibræ, membrana, caro, adeps: aut dissimilares, instrumentariae, quemadmodum uena, arteria, neruus, musculus, digitus, & reliqua totius corporis organa: que eo magis instrumentaria fiunt, quo pluribus similibus, ac dein instrumentarijs etiam partibus (ut manus & caput) componuntur. Ossa durissime aridissimeque totius corporis partes existunt. Cartilagini uero ossibus moliores sunt, secundum ossa tamen durissime totius corporis partes censemur, atque his simul et illis uniuersum corpus sustinetur, omniaque ipsis adiunctantur adstabilunturque. Calvaria cerebri ac sensus organorum sedes, multis constat ossibus: in fronte siquidem saepius unum tantum, idque præcipue in mulieribus, conspicitur: in occipitio similiter unum, in uertice duo, ad utramque aurem uel tempus unum, cui cauitas insculptur, organo auditus reponendo adaptata: & duo complectens ossicula, quorum unum in cudi aut molaris denti, alterum uero malleolo non inepte assimilaue ris. Hoc quoque os, præterquam quod ipsi cartilago auris corpus erectum seruans continuatur, tres exigit processus: ac unus uberis papillam refert: aliis stylum, aut acum, aut galli calcar: tertius antrorum ductus, superiorisque maxillae ossi in externa oculi sede locato serrata compage commissus, in altero latere portionem constituit eius sedis calvariae, quam iugale os vocamus. Quinetiam temporis os posteriori inferiorque ipsius parte simul cum occipitis ossis basi calvariae regionem efformat, quam prærupta in uertice uerba modo, uerum & imagine conferimus. In capitibas os insigni habetur, cuneo à Dissectionum professoribus comparatum, & forma impense varium, processusque educens uespertilionum alis simillimos. Ad hæc aliud os in narium summo reponitur, cribri aut potius spongiosa forma peruum, & cum septem enumeratis ossibus ampleitudinem cerebro excipiendo paratam constituens, nariumque septum efformans. In superiori maxilla, præter dentes duodecim ossa recensentur, unum utrinque in exteriori sedis oculi regione, & duo utrinque etiam in interiori, & unum utrobique in inferiori, quod maxillae ossium longe maximum uisitum, superiorum alterius lateris dentium alveolos sibi insculptos obtinens. Ad palati finem, quæ narium foramina in fauces pertinet, utrobique etiam unum eius maxillæ os consistit. & prominens denique nasi pars duobus extruitur ossibus, priuato nomine (ut & cetera maxillæ superioris ossa) destitutis, & nasi cartilagineas producentibus, quibus cartilagineæ narium alæ stabiuntur. Hactenus commemoratorum ossium pleraque in uicem futuris committuntur, ex quibus transuersim in sincipite ducta coronalis dicitur: transuersim uero in occipitio prorepens, a similitudine nomen obtinuit. quæ autem ab huius uertice ad coronalis medium per capitibas longitudinem incedit, sagittalis vocatur. at quæ ab hac æquè distant, & super aures feruntur, non futurarum speciem, sed ueluti duarum inuicem incumbentium squammarum imaginem exprimit, inde etiam squamosæ conglutinationes appellatae. Reliqui etiam dictorum ossium connexus nullibet adeo exquisiti, ac tres modo dicti, formam futuræ referunt: immo locis aliquot simplicis lineaæ speciem commonstantes, harmoniaæ potius quam futuræ nomen merentur. Inferior maxilla simplici constat osse, nisi forte admodum puerulis in summo mento ex binis ossibus ita coalescat, quemadmodum plurima puerolorum ossa multis ossibus compinguntur, que alias illis, qui ad summum deuenere incrementum, simplicia occurunt. Articulatur uero inferior maxilla utrinque ossi, quod ad aurem consistit, peculiari cartilagine hinc præter illam interueniente, que ossium capita sinusque ubi inuicem componuntur, crux modo oblitus, & articulum prompte uersatilem & ab iniurijs in


continuo ossium affrictu liberum reddit. Ut rāg maxilla plurimum sedecim dentes nanciscitur, quatuor nimirum in cisorios, duos caninos, & decem molares, qui ut forma anteaquam eruantur apparet differunt, sic etiam impari radicum numero suis præsepolis infiguntur. In fauibus linguae radici os præponitur v imaginem uerius quam exprimens, & pluribus contextum ossiculis, ex quibus humiliora suis extremis asperæ arterie capitis (quod laryngem libenter quam guttur nuncupamus) cartilagini committitur, que scutū refert, primaque laryngis cartilago numeratur, actangentibus tota occurrit. Secunda enim magna ex parte posteriore laryngis sedem constituit, & anulo quem Thraces dextro pollici sagittantes imponunt similis, nomine destituitur, hinc quodammodo id inueniens. Tertia, quæ duabus proprijs extruitur partibus, usorum quibus aquam manus lauaturis affundimus orificio respondet, in laryngis medio rimam efformans tibiarū linguis, seu fistularum quas ori indimus rimis similem, lingulamque ob id nuncupatam. His cartilaginibus operculum simul cartilagineum & pingue, ligamentisque natura participes in sternit, reliquis interim asperæ arterie cartilaginibus, quæ ipsius caudice et ramos in pulmonē digestos constituit, Cuel C imaginē exprimentibus. Dorsum medullæ dorsali iter potest simum paras, ac corporis ueluti carina in collum ceruicem ue, thoracem, lumbos, sacrum os, & coccyx seu cuculus os diuiditur, triginta quatuor ossibus (quas uertebras uocamus) efformatum. Ac ceruix septenas continet, multis, & in omnibus non pari numero processibus ornatas, ad quarum primam (quæ sola inter reliquias uertebras spina destituitur, & transuersos processus egregie protuberantes possidet) caput antrorum retrosumque rectâ ducimus. Secundæ uero uertebræ (cui processus instar canini dentis prominens accedit) beneficio caput circumuertimus. Reliquarū autem opera in latus, sed tantum secundariò, caput fertur. Thorax duodecim obtinet uertebras, costarum articulationes admittentes, acharum ferè in sima suis ascendentibus & descendebus processibus, quibus uerba plura per ambo corpora communem inuicem articulantur, à proximis uertebris suscipitur, uti prima ceruicis & suprà & infra ipsi contermina ossa suscipit: reliquis interim dorsi uertebris illi duo decimæ superioribus suprà quidem susceptis, infra autem suscipientibus: & qui inferius consistunt, infra susceptis, suprà suscipientibus. Subsunt uero illi duodecimæ, quinq[ue] lumborum uertebræ, dein sacrū os, plurimum sex proprijs compactum ossibus, inuicem ualidènxis. Coccyx uero os in sima sede in cartilagine desinens, crebrè quatuor exiguis constituitur ossiculis, nulli neruo iter præbentibus, neque ullo donatis foramine, quod dorsalis medulla reponatur. Pectoris os anteriorum thoracis (qui congruā cordi & ipsi subseruentium organorum sedem parat) regionem sibi uendicans, rarissimè septenis, uerum paucioribus extruitur ossibus, septem costarum articulatione utrinque excipientibus. Quippe ex duodecim costis utrobique positis, & in cartilagineum degenerantibus, septem elatiore suis cartilaginibus pectoris os coarctantur, hinc uerarum & legitima rum nomen sortitæ. Quæ autem pectoris os non contingunt, & tanto magis ab illo anteriori ab dominis regione deficiunt, quanto humiliorem sedem obtinent, spuria uocitantur. Inferior pectoris os sedes in cartilagineum cessat, obtuso ensis mucroni (perinde actotum pectoris os ensi assimilatur) respondens. Superiori autem ossis sedi ubi latissimum & robustissimum est, iugulumque consistit, utrobique una articulatur clavicula, humeri articulum à thoracis latere remouens. Scapula etenim trianguli imaginem quodammodo exprimens, posteriore thoracis sedem altera ex parte occupat, in ceruicem desinens, cui acetabulum insculpit, brachij ossis capiti excipiendo conuenient: dein ex ipsius dorso processum educit, qui super humeri articulum pertingens, summus humerus appellatur: ac claviculae peculiaris cartilaginis interuentu (ut & in claviculae ad pectoris os nexus fit) articulatus, humeri articulum à thorace auxilio claviculae diducit: humeri etiam articulum superius perinde munens, ac interior scapulae processus anchoræ, & C aut C comparatus. Brachij itaque os, seu humerus, scapulae articulatur, & huius inferiori sedi uarijs sinibus & tuberibus exornatae, rursus duo inibi ossa iunguntur, radius nimirum & ulna, quæ totius membra no-

B mine

mine etiam cubitus appellatur, parique modo in homine ac in quadrupedibus ad brachij os flectitur, & extenditur, ac in superiori ipsius sede, qua posteriorem cubiti articuli regionem constituit, processum obtinet, quem gibberum plerique nominant. Atque ita etiam inferior ulne pars alium gerit, qui à styliforma nomine nanciscitur. Ceterum soli propemodum radio "brachiale" articulatur, ac ueluti propria cartilagine ab ulna dirimitur, octo ossibus inter se forma & magnitudine omnino differenteribz extucta: cuius rursus inferiori sedi quatuor postbrachialis ossa una cum primo pollicis esse coartulantur. Is namque, ut reliqui quatuor digiti, tribus ossibus seriatim, ac ueluti in acie positis constituitur. Omniaque digitorum ossa sunt quindecim, quibus in secundo pollicis internodio duo parua accedunt officula, seleni semini collata: qualia etiam in primis quatuor digitorum internodis (sed multo minora, impensisque cartilaginea) interiori sede habentur: & unum in pollicis tertio internodio, unumque ad exterius latus conexus ossis postbrachialis paruum digitum sustinentis ad brachiale secundis obseruantur. In reliquis uero digitorum internodis rarius unum, nisi in ualde senibus uisitum. Vtrique sacri ossis lateri grande os coarctatur: quod ubi amplum est, iliaque respicit, illius os dicitur: ubi uero profundiori acetabulo femoris caput admittit, "coxendicis": ubi autem cum alterius lateris os pubem constituit, insigniterque perforatum cernitur, pubis os appellatur: quamuis uniuersum os subinde coxendicis nomine comprehendamus. Femoris os supra rotundo capite ceruici prolixae, & introrsum obliquatæ adnato, coxendicis ossi inarticulatur, infra uero duobus capitibus grandioris in tibia ossis sinus subit, sinu quodam in eorum capitum medio existente, quo tuber dicti tibiae ossis recipitur, peculia ribus etiam cartilaginibus in hoc articulo quadrupedum & avium genu simili interuenientibus, iuxta femoris ceruicis externam sedem grandis apparet processus, quem natem & magnum rotato.

rem appellamus, intus quoque alium obtinet processum, sed multo minorem exteriori, quem hac occasione minorē seu interiore rotatorem uocamus. In tibia, quemadmodum & in cubito, duo spectatur ossa, quorum internum crassitie exterius longè uincit, totiusque membrini nomine comprehenditur, exteriori interim osse, quod seminō articulatur, fibula appellato. Ante tibiae cum femore articulum os rotundum, & mola patella ue dictum, scutum instar praelocatur. Ceterum imae tibiae & fibulae partes externis ipsorum lateribus prominentes ac excarnes, malleolicque appellatae, talum eadem sede in homine ac in quadrupedibus repositum, & eundem in illo ac in his usum subeunte apprehendunt: cui calcis os subiicitur, tibiae restitudinem in posteriora longe excedens. Anterior uero tali sedes in rotundum caput desinens, ossis nauicularis sinum subit, cui tria tarsi ossa coartulantur. Quartum enim exteriusque tarsi os cubi & tesseræ imaginem exprimens, calcem iungitur. Porro quatuor tarsi ossibus quinq[ue] pedijs ossa coartulantur, & his quinq[ue] pedis digitii sustinuntur, quibus pollex duobus tantum ossibus efformata, reliquis interim tria internodia sibi uendicantibus. Quinetiam in pede (quem homo quadrupedibus multo breuiorem obtinet) totidem ac in manu exigua occurruunt ossicula, quae seleni semini comparamus: quam primum pollicis internodio hic duo longe grandiora quam in manu subiiciantur, horumque interius illud sit, quod occultæ philosophæ sectatores corruptioni neutiquam obnoxium esse affirmant, & tantisper in terra asseruandum nugaciter contendunt, dum id resurrectionis tempore seminis modo hominem producat. Ad hanc, in pede non minus quam in manu unguis uisuntur, quos non in opportunitate substantiae gratia huic reponimus: quemadmodum inter partes aliquid suffulientes referimus palpebrarum cartilagini, cilia quo minus flaccide concidunt erigentes.

## DE OSSIVM AC CARTILAGINVM LIGAMENTIS, & musculis arbitrarij motus instrumentis. Caput II.



**I**GAMEN T V M non minus quam musculorum eneruationes, & organa quibus animalis spiritus à cerebro deducitur, nerui nomine uulgò donati, corpus est similare, ex osse aut cartilagine principium, & in colligando, propemodum omnis expers, durum, sed tamē cartilagine mollius, album, & in colligando, continentendo, obtegendo, ac musculis constituendis uarios in hominum fabrica usus præstans. Musculus enim motus ex nostro arbitratu pendentis instrumentum censemur, multis membraneis ligamentisque naturam possidentibus, & carne intertextis fibris formatum, ac ut in se contrahatur, mouendamque partem agat, neruorum à cerebro animalem uim adferentem opem non secus quam sensu organa requirens: similiterque ut reliqua quas enutriri oportuit partes, uenias ac arterijs irrigantur. Ceterum tendo musculi quædam est eneruatio, ac uelut illius fibrarum citra carnis interuentu coalitus. Quippe tendo à musculo tunc solum producitur, quando ille adeo longam sedem ab exortu (quem ab osse, aut cartilagine, aut membrana quam sumpit) ad insertionem (quam in mouendam partem molitur) obtinet, ut ipsius fibræ carnis primariae muscularum partis implexu uniuerso ductu non indigeant. Adeo ut longiores musculi in tendinem modo teretem, modo latum, & ueluti membranum, modo breuiorem, modo longiorem definiant: breues autem musculi uniuerso progressu carni permaneant, in nullam notatu dignam eneruationem degenerantes. Porro frontis cutem membrana ipsi substrata, & carneis fibris aduicta mouet. Cutis namque natuum corporis tegumentum exterius tenuem admodum obnatum exigit cuticulam, ueluti ipsius uergetis efflorescentiam. Internius uero per uniuersum corpus membrana quædam cuti subducitur, quæ quod alicubi (quemadmodum hic in fronte) carneis fibris adaugeatur, carnem uocari uisum fuit, atque inter hanc membranam & cutem addeps plurimus homini aseruatur. Superior palpebra etiam dictæ nuper membranæ beneficio mouetur: ea enim parte qua hec ad internam oculi sedis regionem carnea efficitur, palpebram attollit: qua uero ad externam oculi sedem carneis fibris ad nostrum imaginem ductis enutritur, palpebræ motus deorsum autor euadit. Oculum septem agunt musculi, primus in latus introrsum, secundus extrorsum, tertius sursum, quartus deorsum ducunt, quintus & sextus nonnihil oculum circumuerunt, primi & secundi muscularum

functionem parumper adiuuantes. Atque hi sex forma, quæ oblonga & quasi teres uisitum, inuicem correspondent, & à dura membrana neruum uisorum inuestiente pronati, in anteriorem duram oculi tunice sedem iuxta iridis latera orbiculatum membraneis tendinibus iunctum. Uerius uero his occulitur, & solus neruum uisorum in orbem ita ambiens, ut sex dicti simul eundem unam cum septimo muscle induebant, in posteriorem duram oculi tunicam sedem carneus implatatur, & iisdem ferre motibus cum sex illis musculis praest. Alii latera nasi alam sursum extrorsumque ducit musculus, ab interiori male latero pronatus, unaque parte in alam, altera in superius labrum, quæ id alæ subiicitur, insertus. Introrsum uero alam contrahit membraneus musculus, in narum amplitudine sub tunica illas succinget latans. Buccas & labra agunt musculi utrinque quatuor, ac primus à carnea constitutur membrana, carneis fibris in anteriori potissimum colli sede & facie ad malas usque enutrita, musculo saque facta. Secundus à malis pronatus, superiori labro implantatur. Tertius ab inferiori maxilla in humilius labrum pertinet. Quartus admodum uarius in ea buccarum parte consistit, quam inflamus: atque his accedit musculi illius portio, quem nasi alam extrorsum agere nouimus, qui unam cum dictis mirificos illos uariosque buccarum & laborum motus effingit. Maxillam inferiorem mouentium utrinque etiam quatuor habentur, primus temporalis est, à uerticis osse, & frontis quoque, & cuneū referente, & temporis ossibus ample latoque principio enatus, ac maxillæ inferioris acuto processu insertus. Secundus à mandendo mansorius dictus, ab ea capitatis parte que iugale os nun cupatur, procedit, externæ maxillæ sedi insertus. Tertiū à capitatis processibus alarum imaginem exprimentibus, in internam maxillæ sedem implantatur, unam cum dictis maxillam attollens, & in latera prorsumque ac retrorsum agens. Quartus cum suo coniuge maxillæ deorsum trahit, & à stylum imitante capitatis processu initio ducens, duobusque uentribus priuatim donatus, ad summum mentum maxillæ inheritur. Os v referens deorsum rectâ trahunt duo musculi inuicem proximi, atque à pectoris ossis summo pronati. Sursum uero id ducunt alij duo, à maxilla inferiori principiū ducentes: in latera autem id os sursum allicit uno utrinque musculo, qui à capitatis processu stylum referente nascit. Deorsum quoque ad latera utrobique unus mouet musculus, ab elevationi scapule costa principiū obtinens. Octo presentes musculi in anteriorē ossis v imaginē exprimētis sedē implantantur. Lingue radici à dicti iam ossis medio carnea moles implantatur, quæ

quæ duorum musculorum uicenumerari posset, introrsumque & deorsum rectâ lingua trahit. Ab eius ossis lateribus utrobius unus etiam lingue radici inseritur, introrsum, sed tamen magis ad latus lingua agens. Quintus & sextus linguae musculi in utroq; lateri singuli à capitis processibus stylum referentibus enati, linguae radici implantantur, eam sursum, prout hic aut ille contrahitur, ad latus ducentes. Septimus & octauus utrinque singuli à lateribus maxillæ inferioris iuxta molarium dentium radicem enati, linguae longitudini secundum humilia inseruntur, linguae partem ante sectionem in hiante ore conspicuam deorsum in latera mouentes. Nonus ab interna maxillæ inferioris sede iuxta summum mentum prodiens, crassus cernitur, & aliquot donatus inscriptionibus, linguaeque humiliores sedi insertus, eam extrorsum agit, quanquam præter hos musculos linguae corpus ante sectionem apparet, talibus implicetur fibris, ut magna Naturæ industria in omnem motus differentiam promptissime seratur. Primam laryngis cartilaginem secundæ committunt quatuor musculi, laryngis rimulam arctantes: & quatuor tertiam cartilaginem secundæ nec sunt, rimulam aperientes: & duo tertiam primæ colligant, rimulam claudentes: alij duo in tertiae cartilaginis basi consistentes rimulam stringunt. Atq; hi duodecim musculi, laryngis proprij uocantur. Communiū uero duo ab osse v. simili prime cartilagini inseruntur, eamque antrorsum attollentes, rimulam laryngis referant: & duo à pectoris osse pronatis, in eandem quoque cartilaginem pertinent. Dein duo à posteriori sede stomachi inuicem proximi principium ducentes, eius quoque cartilaginis lateribus toti carni (ut omnes sere laryngis) inseruntur, unâ cum duobus postremo dictis laryngem arctantes. Alij duo ab osse v. referente enati, & in laryngis operculi radicem inserti, id sursum antrorsumque uelunt. In caput mouentium cladem illi quoque rei ciuntur, qui priam ceruicis uertebram priuatim mouent. sunt autem universi septem paria, quod scilicet utrobius totidem enumerentur musculi. Ac primum par ex quinque superiorum thoracis uertebrarum spinis pronatum, sensimque extrorsum oblique ascendens, occipitis ossi implantatur. Secundum par, quod non duobus, sed pluribus efformari uidetur musculis, admodumque uarium cernitur, præcipua ipsis portione ex transuersis quatuor superiorum thoracis, & quinque humiliorum ceruicis uertebrarum processibus enatum, introrsumque nonnihil oblique concordans, occipitis ossi implantatur. Tertium à spina secundæ ceruicis uertebræ enatum, & extrorsum parumper oblique repens, occipitis etiam ossi inseritur. Quartum par similiter occipitis ossi insertum, à prima uertebra inibi percuti, quâ aliae uertebræ in spinam desinunt. Quintum ab occipitis ossis medio transuersim quodammodo ad laterales primæ uertebræ processus fertur. Sextum à spina secundæ uertebræ in eosdem processus pertinet, similiter ac quinque nunc enumerata in posteriori ceruicis sede consistent, ac pariter ut tertium, quartum & quintum, musculis consistis prorsus carneis & teretibus & gracilibus. Septimum par insignius est, atque à pectoris ossis summo, claviculisque quâ illi articulantur, utrinque unus pronascitur musculus, qui sursum oblique ductus in mamillarem capitis processum insertionem tentat. Ceterum primis quatuor paribus simul tensis caput rectâ retrorsum dicitur: si uero trium primorum parium musculi ex altero lateretantum egerint, ad capitis circumuersione auxiliabuntur, & in illo motu quintum & sextum par, primam ceruicis uertebram unâ cum capite in gyrum ducent. Septimi uero paris musculis suum munus simul obeuntibus, caput rectâ antrorsum flectitur: quoniam autem alternatim laborant, circumuersione autores efficiuntur. Verum ad capitis motum, quo id secundario cum ceruice flectitur, & extenditur, ac in latus ad humeros dicitur, ceruicis musculi famulantur, inter octo paria dorsum mouentia reponendi. Ac primum par à quintæ thoracis uertebræ corporis lateribus incipiens, ad primam usque ceruicis uertebram pertingit, stomacho subiectu, superioremque dorsi partem flectens. Secundum à prima thoracis costa utrinque pronatum, & internæ transuersorum ceruicis uertebrarum processuum sedi insertum, ceruicem in latus, sed antrorsum magis, dicit. Tertiū ex transuersis sex superiorum thoracis uertebrarum processibus originem obtinens, externæ sedi transuersorum uertebrarum ceruicis processuum implantatur, ceruicemque retrorsum inclinantem ad latus agit. Quartum par à septimæ thoracis uertebræ spina ad secundam usque ceruicis uertebram pertinet, omnibus intermediis uertebris, ut & primum par, insertum, ac ex eisdem principium capiens, superioremque dorsi partem extendens. Quintum par utrinque etiam habet musculum, ab ilium osse in transuersos lumbarum uertebrarum processus, & infimam thoracis costam insertum, inferiorisque dorsi partis flexus opificem. Sextum ab infima ossis sa-

cri sede in dorso incipiens, ad ceruicem usque fertur, in transuersos processus lumborum, sed manifestius adhuc thoracis uertebrarum insertum. Huius paris ambobus musculis contractis, dorsum exten ditur; altero autem tantu laborante (ut & in alijs paribus) hoc quoque par obliqui seu in latera motus autor euadit. Septimum sub sexto occultatum à posteriori sacri ossis sede principium ducens, ad undicimæ usque thoracis uertebræ spinam concordans, omnibus intermediis spinis assertum, ac spinas inuicem colligendo, dorsum hinc extendens: ut & in sua sede octauum par, quod ab undecima thoracis uertebra ad septimam usque ceruicis porrectum, ita prorsus intermediis spinis committitur, ut septimum illis quibus adnascatur spinis. Scapulam ad pectus mouet musculus à thoracis secunda, *Scapula mouentis 8* tertia, quarta & quinta costis antequam in cartilaginem illæ finiat enatus, & trianguli modo in internum scapulæ processum insertus. Secundus scapulam mouentium ab occipito pronatus, & dein secundum ceruicis longitudinem ad octauæ usque thoracis uertebræ spinam à uertebrarum spinarum apicibus principium sumens, in scapulæ spinam suminumque humerum & claviculæ portionem inserit, tota sui parte que in ceruice consistit scapulam sursum uelens: ea uero que sub ceruice in posteriori thoracis sede habetur, monachorumque cucullis respondet, scapulam deorsum trahens. Tertius à transuersis superiorum ceruicis uertebrarum processibus enatus, ac elatori scapulæ basis angulo insertus, illam quoque attollit. Quartus ex quintæ, sextæ & septimæ ceruicis, ac triu primarū thoracis uertebrarum spinis præcipue enascitur, scapulæque basi insertus, eam ad dorsum nonnihil sursum contrahit. *Dorsum mouentis 14* Primus brachij motuum autor à media claviculae sede pectoris ossi proxima, & pectoris osse pronatus, ac quodammodo in angulum arctatus, brachium pectori adducit. Secundus ab altera claviculae parte, & summo humero, & scapulæ spina principium sumens, suoque uertice brachij ossi transuersim insertus, id sursum uarie attollit, hunc humeri articulum pulchre tegens, & figure non absimilis. Tertius ab *i. transuersis 15* humiliori scapulæ costa prodiens, brachium rectâ ad dorsum allicit. Quartus à sextæ thoracis uertebræ spina ad humiliorum usque sacri ossis sedem ex intermediarum spinarum apicibus originem dicens, & ueluti in trianguli uerticem coactus, in brachium inibi inserit, ubi tres commemorati insertionem longe sub ossis capite scapulæ articulato moluntur, atque hic musculus brachium uarie deorsum trahit, ut ipsius principium per quam amplum est: neque ex puncto ita ducitur, ut musculi simplicem prorsus motum obituri. *Quarto ueruere scapulae costam conspiciens occupat. Sextus gibbam scapulae sedem uniuersam sibi uendicat, sub ipsius spina consistentem. Septimus sinum implet inter scapulæ spinam & elatiorem ipsius costam conspicuum. Hi tres amplis implantationibus in ligamenta humeri articulum ambientia inseruntur, brachij circumactus opifices, quamuis septimus & ad brachij elevationem aliquid auxiliari uideatur.* Thoracem mouentium primus à *Thoracem mouentis 16* clavicula enatus, in primam thoracis costam inserit, illam sui sum ducens, hac que occasione ad thoracis dilatationem iuvans. Secundus à basi scapulæ pronatus, tanquam digitis quibusdam octo superioribus costis longe antequam in cartilaginem degenerent, inserit, easque extrorsum mouens, thoracem dilatat. Tertius ex apicibus spinarum trium inferiorum ceruicis, & prime thoracis uertebrarum latum membraneumque principium ducens, ternis ueluti digitis, tribus quatuor superiorum costarum interuallis sub scapulæ basi inserit, easque costas sursum oblique ducens, thoracem ampliat. Quartus ab ilium osse incipiens, sursumque ad ceruicem ductus, duodecim costis quâ primum à uertebris discedunt, inserit, thoracem arctans. Quintus ex spinarum apicibus duarum infimarum thoracis & aliquot lumborum uertebrarum membraneus enascitur, & transuersim ductus, ac nonæ, decimæ & undicimæ costis ubi in interiora reflectuntur insertus, thoracem dilat. Sextus in thoracis amplitudine repositus, uerarum costarum cartilaginibus pectoris que ossis lateri exporrigitur, thoracis constrictioni praefectus. In duodecim costarum interuallis interiores ac exteriores musculi reponuntur. qui exteriores in costarum ossium interuallis consistunt, à superiori costa antrorsum oblique suas fibras in humiliorum mittunt: interiores uero ab inferiori costa sursum oblique in anteriora, ad superiorem costam fibras porrigit. In sex uero cartilaginum que legitimis costis ascribuntur interuallis, exteriorum musculorum fibræ ab humiliori cartilagine in superiore oblique antrorsum repunt: interiores autem fibræ à superiori cartilagine ad inferiorem antrorsum pertinent, ac proinde in sex legitimarum costarum interuallis quaterni numerantur musculi. in spuriarum autem costarum interuallis bini tantum, uni-

C uersicq;

versicū unius lateris intercostales musculi quatuor sunt & triginta, ad unum omnes arctando thoraci præfecti. Atque numeratis hacten in uno latere thoracis quadraginta musculis, alijs totidem in altero latere congruent. & his octuaginta unus accedit, utrique lateri communis, ipsum uidelicet septum transuersum infimae pectoris ossis & spuriarum costarum cartilaginibus et uertebris lumborum superioribus insertum, ac in medio nerueum, in circuitu uero ad insertionem carneum, ut sanguificatione generatione que subseruientia organa à cordis & partium ipsi subministrantium sede dirimēs, thoracemque proprio munere dilatans. His accedunt octo abdominis musculi, utrinque nimirum quatuor. Primus seu extimus oblique deorsum in priora fibras porrigit, cum suo coniuge toti ab domini inuolucrum efformans. Secundus oblique sursum in anteriora fibras mittit, & cum suo pari inuolucrum quoque abdomini constituit. Tertius recta fibras sursum dicens, à pubis osse ad peccus concedit. Quartus transuersim fibras digerit, ac cum suo pari etiam, ut & obliqui, inuolucrum abdomini extruit, ad thoracis constrictionem non minus quam cæteri abdominis musculi suppetias ferens. Cubitum duo flectunt, quorum anterior unum caput à scapulae ceruicis elatori sede, alterum ab interno scapulae processu mutuatur, & illis efformatus capitibus in radium inseritur. Posterior à brachij osse enatus, in anteriorem cubiti articuli sedem, potissimum uero in ulnam inseritur. Extendunt autem cubitum tres, ac unus ab humiliori scapulae costa nascitur, secundus à brachij ossis ceruicis posteriori sede, hi in descensu inuicem connascuntur, & ipsis tertius admisetur, à media ferè longitudine ossis brachij enatus, & simul cum illis in posteriorem ulnae processum insertus. In interna cubiti sede gracilis reponitur musculus, qui ab interno ossis brachij tubere pronatus, in latum degenerat tendinem, interne summae manus cuti magna ex parte subnatū: cuius beneficio ea cutis minus uersatilis, & ad tangendū aptior reddi credit. Radius in pronū duobus musculis ducitur, uno quidē ab interna cubiti articuli sede enato, & in radiū oblique implantato: altero autē iuxta brachiale ab ulna in radiū transuersim ducto. In supinū uero radius alijs duobus fertur, uno quidem longo, & à brachij osse ad inferiorem radij partem, cui brachiale articulatur, pertinente: altero ab externa cubiti articuli regione ad medianam radij longitudinem oblique exorrecto, ibidemque inserto. Brachiale quatuor præcipuis agitur musculis, ac duo primi ab interno tubere brachij ossis pronascuntur, & unus postbrachialis ossi indicem sustinenti, alter uero brachialis minimus ossi implantatus, & secundus, bisido tendine in postbrachialis ossa indicem & medium sustentia inseritur. quartus ab externo brachij ossis tubere pronatus, ac ulnae exorrectus, in postbrachialis os paruum sustensis digitum insertionem molitur. Duo primi simul brachiale flectunt: tertius uero & quartus simul contracti, id extendunt. Verū primo simul cum tertio tenso, brachiale in internum latus agitur: secundo autem & quarto una laborantibus, id in externum latus inclinatur. Digitos manus mouentium primus ab interna anteriori cubiti articuli sede enatus, ante brachialis radice in quatuor分歧dicitur tendines, secundis quatuor digitorum internodis insertos, illaque flectentes. Secundus ab eadem sede cū primo, sed magis declivē, originem dicens, primo substernitur, in quatuor etiam diremptus tendines, qui primi tendinibus subiecti, ante secundi digitorū internodij radicem eos tendines perforāt, tandemque in tertia quatuor digitorū ossa insertionem molientes, ea flectunt. Tertius à radio iuxta cubiti articulum enatus, tertio pollicis articulo insertus, ipsisque flexus autor euadit. Tertium musculum, in serie alijs tredecim numero subsequuntur, in extrema manu repositi, quorum bini primo singulorum quinque digitorum ossi inseruntur, eius flexionis opifices, & tres secundo pollicis internodio potissimum inserti id quoque flectunt. Decimus septimus itaque digitos mouentium ab externo brachij ossis tubere natus, & indici, medio ac anulari præcipue implantatus, eos digitos extendit. Decimus octauus ab eadem qua nuper dictus sede prodiens, parui digiti extensionis primarius autor est, & uariè cum decimoseptimi tendine tribus anularis digiti ossibus inserto commixtus, etiam abductioni uersus exteriora non nihil inibi subseruit. Decimus nonus cum illo qui uigesimus primus erit, commune principium ab ulna, non procul à brachialis sede naneiscitur: & in duos ferè dissectus tendines, unum exteriori indicis, alterum medij lateri digerit, illorumque digitorum in externum latus abductionis autor censetur. Vigesimus à brachiali pronatus, & externo postbrachialis ossis paruum sustentis lateri exorrectus, primoque eius digiti ossi insertus, illum extorsum in latus abducit. Vigesimus primus externo lateri exterioris pollicis

regionis ad tertium usque articulum implantatur, pollicis uersus in dicens extensionis autor. Vigesimus secundus ab ulna paulo superius quam nuper dictus prodit: & mox bipartito scissus, una portione in tendinem cessat, brachialis ossi pollicem sustententi insertum, & ductum, quo manus radij motum in pronum sequitur, adiuuantem. Altera autem pars in duas rursus dirimitur, quæ singularē unum efficiunt tendinem: & hæc quidem suum tendinem primi pollicis ossis exterioris sedis interno lateri insertit: illius uero partis tendo illi ossi tantum obnascitur, in secundum & tertium pollicis os insertus. Horum tendinum beneficio pollex introrsum uersus extenditur. Vigesimustertius ad internū primi pollicis ossis latus sedem obtinens, pollicē ab indice insigne abducit. Vigesimus quartus ab osse postbrachialis indicem suffuliente enatus, & primo pollicis ossi præcipue insertus, pollicem indici proxime adducit. Supersunt adhuc quatuor graciles musculi, quatuor tendinibus secundi digitos mouentium musculi in uola attensi, & in internum latus primi quatuor digitorum ossis inserti, eorumque digitorum ad pollicem in latus adductionis ministri? Reponuntur itaque in interna cubiti sede musculus, latum manus efficiens tendinem, primus & secundus brachialis motuum autores, primus secundus & tertius digitos mouentium, & duo radium in pronum ducentes. In externa autem sede consistunt decimus septimus, decimus octauus, decimus nonus, uigesimus primus, uigesimus secundus digitos mouentium, & tertius & quartus brachialis motibus præsectorum, & duo radium in supinum agentes, suntque omnes numero nouem. Verū decem confusur, si à uigesimo secundo digitos mouentium illam portionem distinxeris, quæ brachialis ossi pollicem sustententi tendinem offert. In extrema manu obseruantur decem musculi, primos articulos digitorum flectentes, & tres secundi pollicis internodij flexus autores, & dein digitos agentium uigesimus, uigesimustertius, uigesimus quartus, & quatuor musculi quorum beneficio quatuor dīgiti pollici adducuntur. Singuli uirorum testes cum suis seminalibus uasis tunica obducuntur à peritonæo pronata, & aliquot rectis carneisque fibris enutrita, infimaeque semen deferentis uasis sedi inserta. His fibris testi unus constituitur musculus, cuius ope testis obscurè sursum uellitur. Sic & membranæ uterum firmantes, utrinque carneis donantur fibris, hacque ratione uterus utrobique unum possidet musculum, cuius auxilio leuiter sursum uersus illa contrahitur. Vesicæ ceruici unus orbiculatum obnascitur muscu-  
lum, in tempore urinæ excretionem prohibens. Item aliis quoque musculis, recti intestini finem circulatim ambit, immaturæ egestioni præfectorum, & duo alijs musculi post egestionem rectum intestinum alacriter sursum attollunt. Penis radici utrinque à pubis osse gracilis insertur musculus, nimis quam legniter ad ipsius tentiginem iuuans. Quinetiam ab anteriori sede musculi rectum intestinum orbiculatum amplectentis, duo enascuntur musculi, inuicem sibi proximi, & urinæ meatui, quæ sub pubis ossibus sursum reflextur, implantati, meatumque in seminis ejaculatione quo minus ille ad flexum occludatur, dilatantes. Primus femur mouentium ab ilium ossis extima sede, & coccygis ossis posteriori regione enatus, posteriori magni femoris processus sedi, & eius quoque radici ampla insertione innascitur. Secundus sub primo magna ex parte reconditus, magisque ab anteriori ilium ossis sede pronatus, etiam magno femoris processu inseritur. Tertius secundo longe minor, ipsoque penitus occultatus, ab ilium osse iuxta posteriorem coxendicis acetabuli sedem enascitur, magno etiam femoris processu insertus, & ut duo priores femur extendens, extorsumque in latus agens. Quartus à tribus humilioribus ossis sacri ossibus pronatus, etiam magno processu inseritur, femur extendens, & extorsum non parum circumducens. Quintus omnium corporis muscularum maximus, & pluribus partibus à coxendicis osse ac pubis principium ducens, posteriori femoris sedi ad humiliora ipsius usque capita insertus, extensionis & rectæ stationis autor habetur, femur etiam introrsum agens, idque ipsius potissimum portione à pubis ossis humiliori sede pronata. Sextus à duabus infimis thoracis & aliquot superioribus lumborum uertebris initium capiēs, minori femoris processu inseritur, femoris flexus unā cum septimo autor: qui à tota interiori ossis ilium sede enatus, minori quoque processu elatiū sexto implantatur. Octauus à pubis osse pronatus, sub minori processu femori longa insertione implantatur, id quidem flectens, uerū etiam impense introrsum mouens. Nonus anteriorē pubis ossis foraminis sedem occupans, maiori que femoris processu insertus, introrsum femur circumuerit. Decimus posteriorem interioremque dicti iam foraminis sedem si-

bi uendicans, & secundum coxendicis ossis posteriora tutissime reflexus, ac ueluti alijs musculis hinc pronascentibus aduictus, majori que femoris processui implantatus, femur extorsum circumuerit. Tibiam agentium primus ab ilium ossis spinæ antica sede enatus, & admodum oblique secundum femoris internam sedem ductus, anteriori tibiæ sedi inseritur, totiusq; corporis gracilimus, & simul longissimus musculus efficitur. Secundus à pubis ossium commissura enatus, in eandem cum primo sedem inseritur. Tertius à coxendicis ossis appendice principium obtinens, in eam quoque sedem tibiæ implantatur. Quartus ab eadem sede coxendicis ossis pronatus, & portionem sui à femoris osse in descensu assumēs, tibiæ cum fibula articulo, sed potissimum fibulae inseritur. Quintus ab eadem etiam regione principium adeptus, in anteriori tibiæ sedem cum tribus primis, uerū minus declivis, implantatur. Sextus ab ilium ossis spina pronatus, membranae modo musculis os femoris amplex intibus obducitur, & potissimum ad exterius latus genu articuli inseritur. Septimus à radice magni femoris processus enatus, & externum femoris latus occupās, cum octauo & nono tendinem efformat, cui patella innascitur. Octauus enim à ceruice femoris & radice maioris ipsius processus originem ducēs, quasi totum femoris os proximè ambit. Nonus à coxendicis ossis tubere supra ipsius cum femore articulum, anteriori parte cōspicuo originem sumens, & septimo & octauo instratus musculis, ad anteriori genu regionem fertur: ac in tendinem degenerans, cum duobus super dictis unum constituit tendinem, anteriori tibiæ sedi ualidissime implantatum, atque ita primus, sextus, septimus, octauus & nonus tibiæ extensionis opifices habentur, secundo interim, tertio, quarto & quinto tibiam liquide extendentibus. Qui in poplite latitat musculus, & ab externo genu articuli ligamento in tibiæ os oblique pertinet, tibiam non flectit, & si quid agit, obscure motum imitatur primi radium in pronum mouentis musculi. Eorum qui pedem mouent, primus ab interno femoris capite iuxta genu articulum incipit, ut & secundus ab externo capite principium nanciscitur, ambo posteriorem suræ partem constituentes, & cum quarti pedem mouentis musculi tendine congregientes, in calcem inseruntur. Ter tius exiguis est musculus, ab externo quoque femoris capite pronatus, & in poplitis regione adhuc in tenuissimum tendinem desinens, calcis ossis interno lateri insertum. Quartus, pedem mouentum maximus est, ac à fibula cum tibia coarticulatione incipiens, in ualidissimum desinit tendinem, cui duorum primorum tendo unitur, simul cum ipso calcii insertus. Quintus musculus, à fibula posteriori sedi proximè allocatus, ab hīdem pronascitur ossibus, ubi illa primum dehiscent, & iuxta interioris malleoli posteriore tendinem educit in tarso, quod tesseram imitati ossi conterminum est, insertum. Sextus in anteriori tibiæ sede positus, à tibiæ osse quā illi fibula superius coarticulatur pronatus, tendinem in radicem pedij ossis pollicem sustinentis inserit. Septimus à fibula principiū dicens, externum tibiæ latus occupat, ac tendinem sub pedis inferiora reflexum, pedij ossi pollicem suffulcienti inserit. Octauus septimo occulitur, atque à fibula etiam enatus, tendinem inserit radici ossis pedij paruum digitum sustinentis. Nonus pars est eius quem quatuor pedis digiti extendere mox dicturus sum: inseritur uero ad medium ferè longitudinis ossis pedij, ante paruum digitum positi. Primis quinque musculis pes extenditur, seu fortiter terræ admouetur, quamvis tertius musculus id inualidè prestat: & si quid ad pedis motum facit, eum in obliquum uersus interiora agit: sexto autem, septimo, octauo & nono pes flectitur, horumq; muscularum beneficio pes laterales motus, prout singuli agunt musculi, experitur. Pedis digitos mouentum primus in planta totus collocatur, & infima parte membranam impense crassam, & lato in manu tendini non absimilem pertinaciter obnatam possidet: & à calcis osse pronatus, secundis quatuor digitorum internodij singulos tendines offert, eorum flexus autores. Secundus & tertius posteriorem tibiæ sedem perreptant, & secundus tibiæ ossi magis quam fibulae exorrectus, ab illoq; pronatus, tendinem in plantam mittit, qui in quatuor dissectus tendines, singulos quatuor digitorum tertij ossibus inserit, primi musculi tendines, perinde ac in manu sit, perforantes, eaq; ossa flectentes. Tertius à fibula ad tibiam nexus enatus, & etiā fibulae multum exorrectus, tendinem in plantam profert: à quo exigua portio tendinibus commiscetur, indicis & medijs tertium internodium flectentibus: reliquus autem totus in secundum pollicis os inseritur, illius flexionis autor. Decem musculi his succedunt, qui insigniter mutuo implexi, ac pedij ossibus adnati, prima digitorum ossa flectunt, duobus musculis ad singulos digiti pertinentibus. Decimus quartus igitur, cuius pars nonus pedem mouentum

censebatur, à tibiæ anteriori sede pronatus, in quatuor dirimitur tendines, qui quatuor digitis inserti, eorum extensionis autores censentur. Decimus quintus ab anteriori tibiæ sede etiā procedens, pollici inseritur, ipsius extensionis opifex. Decimus sextus in superiori pedis sede reponitur, carneq; est moles in quatuor diuisa tendines, quorum unus pollicis superioris sedis externo lateri implantatur, secundus indicis, tertius medijs, quartus anularis: atque hi tendines eorum digitorum in externum latus abductionis opifices sunt. Decimus septimus externum pedis latus occupans, & parui digiti primo ossi insertus, illum à ceteris removet. Decimus octauus interno pedis lateri exorrectus, pollicem à ceteris digitis abducit. Dein in pedis planta carnea consistit substantia, in quatuor graciles dissecta portiones tendinibus adhaerentes, quorum ministerio tertia quatuor digitorum ossa flectuntur. Haec portiones interno quatuor digitorum lateri ad primum articulum insertae, eorum ad pollicem adductionis autores habentur: ac proinde si istas quatuor portiones quatuor muscularum uice enumeraueris, in tibiæ posteriori sede obseruabis primum, secundum, tertium, quartum pedem mouentum, secundum & tertium digitos mouentum, et sub illis quintum pedem mouentum. In anteriori uero sextum, septimum, octauum, nonum pedis motum autores, & decimum quartum, decimum quintum digitos mouentum: in pede autem habueris primum digitos agentem, & decem prima digitorum ossa flectentes, & decimum sextum, decimum septimum, decimum octauum digitos quoquemouentum, nisi decimum sextum in plures diuidere propositū esset. Porrò in muscularum enarratione passim ligamentorum non memini, quod magna ex parte articuli inuicem respondeant. Omnibus enim articulis orbiculari ligamentum ab uno osse in aliud, aut in cartilaginem, uel à cartilagine in os, aut cartilaginem in sertum priuatim obducitur, paucis que articulis ligamenta accessere peculiaria. Ut in capitibus articulo teres quoddam à dente secundæ ceruicis uertebræ in occipitis os ducitur, & secundum dentis posteriorem sedem in prima uertebra unum transuersum fertur. Vertebrarum corpora ligamentis admodum cartilagineis committuntur, ascendentem uero & descendentes corundem processus ualidis quoque, sed tantum ambientibus colligantur: dein in spinarum interuallis membranum cōsistit ligamentum, sicut in cubito & tibia, ubi ossa hīc inuicem dehiscunt: insuper in pubis ossium foraminibus huius generis occurrit ligamentum, seu membrana potius. In humeri articulo tria peculiaria uisuntur, quorum primum teres est, & ab interno capulo processuatum, in externum humeri caput fertur, alia duo ab elationi ceruicis scapulæ sede enata, in idem caput pertinet, & unū quoq; hīc ab interno scapulæ processu in summum humerū ducitur. In brachialis ossium inter se & cum postbrachialis ossibus connexu, ut & in pede, passim cartilaginea ligamenta interueniunt. A sacro osse duo tereta in coxendicis os pertinere. Ex femoris superiori capite teres ligamentum in coxendicis acetabulum inseritur. In genu articuli medio cartilagineum consistit ligamentum, & dein in posteriori ipsius sede, & utrinque ad latera unum peculiare secantibus obuium est. Ex ligamentorum uero transuersim tendinibus obductorum, tendines que ne sua sede declinant, continentium numero, in interna brachialis sede unum consistit, & secundum uniuersam internam cuiusque digiti sedem unum continuum habetur, iuxta brachialis radicem in externa radij & ulnae sedes sex occurunt. In anteriori tibiæ sede iuxta talum unum quoque obseruatur, & tria inter calcem internum que malleolum, dein unum inter calcem & externum malleolum. Sic & in interna inferiori ue pedis digitorum sede, huius quoque generis ligamenta spectantur.

## DE ORGANIS NUTRITIONI,

qua ex cibo potuq; fit, famulantibus.

Caput III.



VAN DO QVIDEM homo propter lemen genitale sanguinemq; menstruum, generationis nostræ primordia, & eorum quibus constamus materiam immortalis fieri nequivit, immensus rerum Opifex, ut is quam diutissime uiuat, & species ipsius nunquam deficiens semper immortalis perseveret, sollicitè machinatur. Ut enim ad debitum incrementum homo attingeret, ac illa quæ insitus calor perpetuò depascitur, quam fieri posset proximè restituerentur, or-

D gana

gana nutritioni multifariam famulantia obtinuimus. Cibus namq<sup>e</sup> dentibus, quod postmodum leuiori opera conficiatur, effractus, per inde ac potus ab ore in uentriculum, tanquam in promptuarium, per uiam ducitur, quæ duabus proprijs tunicis tendi, atque in se concidere aptis formata, ex fauibus sub aspera arteria, ac dein secundum thoracis uertebras per septum transuersum in superius, si nistrum ue uentriculi orificium pertinet, & stomachus aut gula uocatur. <sup>b</sup> Ventriculus uero inter iecur & lienem sub septo repositus, & insigniter capax, & secundum transuersum oblongus, in sinistraq<sup>e</sup> corporis sede quam in dextra amplior, & duabus demum tunicis distendi contrahi que idoneis, & tertio quodam inuolucro quod peritonæum edicit intectis, efformatus: & compluribus uenis, arterijs ac nervis implexus, quod ab ore illi delatum est concoquit, ac uelut in lacteum tremorem insita ui emutat, quem per suum inferius orificium ex elatiore sede dextri ipsius lateris exortum, in intestina propellit. quæ corpora sunt tercia uno continuo que ac innumeris orbibus gyris que tortuoso ductu à uentriculo ad podicem pertinentia, & similiter ac uentriculus duabus proprijs tunicis extorta. quibus tercia à peritonæo accedit, non minus quam duæ proprie, laxari contrahi que apta, non tamen undique pariter ampla. Intestinorum siquidem à uentriculo procedens origo, secundum uentriculi posteriora ad dorsum usque reflexa, & duodenum nobis appellata, ac dein huic succedens intestinorum pars, quam <sup>c</sup> ieiunum dicimus, & ea quæ <sup>d</sup> ilium seu uoluulus nuncupatur, suisq<sup>e</sup> orbibus ilia & sedem undique umbilico subiectam & contermnam implet, pari quodammodo constat amplitudine, quæ quum arcta sit, ut dictis nuper intestinorum partibus gracilium nomen in deretur, in causa fuit. Porro intestinorum pars in quam ilei terminus cessat, impense crassæ & ampla uisitatur, ipsiq<sup>e</sup> appendiculum continuatur, instar lumbrici inuolutum angustum que, & uno ore donatum, ideoq<sup>e</sup> cæcum dissectionis proceribus appellatum. Ipsa uero crassa intestinorū pars à dextri renis sede ad iecoris cauū ascendens, hinc secundum uentriculi fundum ad lienis sedem, & illinc secundum sinistri renis sedem deuoluitur, & gyro quadam in sinistra pubis sede reflexa, toto que illo ductu <sup>e</sup> colum constituens, super offis sacri initium recta deorsum ad anum fertur, recti ac principis intestini nomen inibi obtinens. In hac itaque intestina quicquid uentriculus confecit, depellitur, per uarios illorum gyros deuolendum: uenæ autem quæ innumera serie à iecoris cauo unā cum arterijs à magna arteria depromptis, inter duas membranas intestina dorso colligantes, multa quo pinguedine ac <sup>f</sup> glandulis abundantes, & melenterium uocatas, in intestina pertingunt, ex ipsis (sed potissimum gracilibus) intestinis, quicquid sanguini efficiendo idoneum est, simul cum aquo tenui que concoctionis uentriculi recreamento exugunt, id iecori sanguificationis officiæ deferentes. Ipsi sum autem crassius & ineptum suctioni incrementum sensim in crassa colligitur intestina, illuc tantisper asseruandum, donec hominem molestans, recluso rectu intestinu orbiculatum ambiente musculo, semel uniuersim que hominis arbitratu egeratur. <sup>g</sup> Iecur in nullas di remptum fibras lobos ue, ipsi subministrantium organorum elatis simam sedem occupat, ac uentriculo magna ex parte incumbens, septo que transuerso proximè subditum, & magis dextram quam sinistram corporis sedem implens, supra gibbum, infra cauum uisitatur, accumbentium illi partium formæ ad amusim congruens, & multarum uenarum implexu, quibus propriæ iecoris substantia concreto nuper sanguini similis circunfunditur, efformatum, tenui que inuolucro ab ipsis ligamentis quibus peritonæo firmatur procedente obiectum, nerulos que duos & arteriam item unam admittens, & naturalis seu altricis, aut, ut Plato dicebat, uenereorum ciborum & potuum concupiscibilis animæ fomes. Cæterum uenarum per iecur diffusarum una series in gibbo ipsis consistit, ad cauam pertinens uenam, altera in iecoris cauo reponitur, portæ uenæ caudem constituens: quæ primum uesciculae bilem flauam recipienti surculos duos promit, dein uentriculi posteriori sedi iuxta inferius ipsius orificium: inde uentriculi fundi dextrae parti ramus offertur, à quo ramuli in uentriculum & superiore omenti membranam sparguntur, quod membraneum est corpus facculi modo extratum, & uasis tutò deducendis præcipue adaptatum: quanquam quum uenæ arterijs que & pinguedine illis affusa scateat, intestinorum quoque calor fouendo auxilietur. Instar circuli enim à dorsi medio sub uentriculi posteriori sede incipiens, per iecoris cauam ad fundum uentriculi (a cuius tertio inuolucro inibi pronascitur) ad lievis cauam, & hinc ad dorsi medium suo ueluti initio desertur. Hinc uero facculi instar deorsum protensum, anteriori intestinorum sedi obuoluitur, innatue, colum intestinu quæ uentriculo exporrigitur, mesenterij uice dorso committens. Cæterum portæ caudex postquā omento suffultus, dictas nuper deprompsit propagines, in duos partitum truncos, ac dextrum qui grandior est, per melenteriū uariè digestum, intestinis offert, prius duodeno intestino, & ieiuni initio ramum exhibens, glanduloso corpore huic intestinorum sedi exporrecto suffultum. Sinister truncus inferiori membrana omenti intextus, uentriculi posteriori sedi quæ dextram dorsi partem respicit, paruam offert propaginem, dein etiam omenti inferiori membranæ, mox glandulis hic uasorum tutæ distributioni præfectis, & colore carneis: dein secundum posteriora uentriculi ramus ab illo ascendit, uentriculi dorsi medium spectati sedi surculos primū exporrigen, & coronæ ritu superius uentriculi orificium amplectens, à quo præter surculos deorsum sursumq<sup>e</sup> depromps, unus secundum uentriculi posteriora ad inferius uentriculi orificium prorepit. Ipse autem sinister portæ caudicis truncus sinistrorum semper tendens, insignem hic quoque promit uenam, omento & colore intestino implicitam: ille uero in uarias sectus propagines, & sobolem adhuc humiliori omenti membranæ spargens, lienis cauo inseritur, ab ipsis propaginibus, ante aquam lienem subeant, uentriculi sinistro lateri ramulos offerens: inter quos insignis occurrit, qui fundum uentriculi in sinistra sede perreptans, uentriculo & superiori membranæ omenti soboles deriuat. Venæ portæ autem soboles per iecoris substantiam distributæ, quicquid ab intestinis & nonnihil à uentriculo quoque iecori detulerunt, in se continent: ac iecur eius tremoris optimum concoquens, in sanguinem id emutat, suæ etiam concoctionis duplex recrementum, ut in uini omni que concoctione alia fieri cernimus, obtinens: unum quidem crassius, quod ueluti sanguinis fæ & lutu censetur, atraq<sup>e</sup> bilis uulgò ferè dicitur: & per portæ uenæ in lienem ablegatur, qui ad sinistrum uentriculi latus ad inferiora posteriora repositus, linguæ crassioris imaginem exprimit, accumbentium organorum formæ iecoris ritu congruens, & multis uenis ac item arterijs intertextus, quibus propria lienis caro lutoſo sanguini similis, & tenui tunica, quam omentum porrigit, intacta obnascitur. Lien itaque crassius iecoris recrementum ad se allicere, atq<sup>e</sup> in ipsis nutrimentum conuertere, & si quid fibi adaptare nequit, in uentriculum id eructare credimus. Tenuius autem iecoris recrementum, quod ueluti flos uini habetur, bilis flava est, quam meatus inter portæ & cauæ propagines per iecoris substantiam digesti in se alliciunt, & sensim collecti in unum meatum cessant: qui ex iecoris cauo eductus, in bilis uesciculam pertinet, <sup>h</sup> cauo iecoris sedi instar oblongioris piri media ipsis amplitudine innatam, & corpore constantem distendi laxariq<sup>e</sup> apto. In hacue scicula bilem asseruari dissectionis professoribus perfusum est, donec ipsa meatus peculiaris beneficio illam in duodenū intestinum protrudat: simul cum siccis uentriculi recrementis egerendam, ac intestina sua mordaci facultate ad propellendum irritaturam, atque pituita illis incidenti liberaturam. Cæterum sanguis dictis nuper excrementis repurgatus, ex angustissimis uenæ portæ ramis in artissimas caue uenæ propagines contendit, tenui aquoq<sup>e</sup> recremento, quod ex intestinis in iecur assumptum fuit, uesciculi loco utens. Id namque hactenus sanguinem concomitans, & simul cum sanguine in cauam uenam conscedens, sui in his angiportis insignem usum præstat. Quum uero huc usque sanguini promptæ digestionis nomine astitit, & sanguis tantam ipsis copiam insuper non requirit, consonum fuit, ut id à sanguine alioquin onus ipsis futurum expurgaretur: cui muneri <sup>i</sup> renes appositissime famulantur, utrinque singuli ad uenæ caue latera, & iecori proximè allocati, ac maximam serosi illius humoris portionem strenue ad se allicientes, illam que à sanguine excolentes. Quod quo opportuniū moliantur, insignis uena & item arteria reni transuersim exporrigitur, acren in sinum membraneum & ampliter cauam, in multas que dissecatum propagines, serosum sanguinem excipit, & substantiæ renis illi sinu obnatae, & duplice tunica obiectæ beneficio urinam expurgat, illam in aliū ducens sinum, quem <sup>j</sup> urinarius meatus uenæ modo constructus excipit, hanc in uescicam delaturus. <sup>k</sup> Vesica etenim rotunda lagena quodammodo ritu urinam sensim admittentis, ad posteriorem pubis offis sedem posita, peculiari constat tunica simplici & nerua, triplici que fibrarum genere intertexta, & contrahi ac distendi prompta, cui à peritonæo abdominis ue membrana, quæ hactenus dictorum organorum est inuolucrum & firmamentum, alia obducitur. In posteriorem uescicæ sedem haud procul ab ipsis ceruice, à singulis renibus singuli meatus admodum industrie inseruntur, ipsa que tantisper urinam colligit, donec illa aut copia aut qualitate hominem molestans, recluso orbiculatum uescicæ ceruicem ambiente musculo, uniuersim excernatur. Sanguis hac industria repurga.

repurgatus per cauæ uenæ ramos, ceu riuiulos quosdam uniuerso corpori digeritur, ut singulæ partes sibi familiare ex sanguine emulgeant, id' que emutantes, & sibi apponentes, in proprium nutrimentum conuertant: ac demum huius concoctionis quoque recrementa à se proprijs functionibus abigant. Porrò<sup>b</sup> cauæ series eiusmodi plurimūm obseruatur, ubi ea in posteriori iecoris sede consistit, ex anteriori ipsius regione ramos promit, in iecoris gibbum numero-  
sa serie digestos: sursum autem ascendens, ac septum transuersum cum cordis inuolucro perforans, duas propagines septo largitur. Ad dextram cordis aurem caua ampliori orificio in dextrum cor-  
dis uentriculum dehiscit, quām cauæ orbicularis amplitudo uspiam uisitetur. A' posteriori eius implantationis (nisi mauis dicere exortus) sede, uena prodit, cordis basim corone modo cingens, & deorsum per cordis superficiem ramulos digerens. Caua à corde sursum con-  
scendens, ac cordis inuolucrum inibi prætergressa, uenam paris expertem, & octo frequentius inferiora costarum interualla utrinq; enutrientem, à dextro latere promunt. In iugulo autem tota bipartitò scinditur, ab ipsius anteriori sede pectoris ossi & intersepien-  
tibus thoracem membranis uenas offerens, abdominis superio-  
ra perreptantes. A' radice uero alterius trunci factæ modo in iu-  
gulo bipartitionis insignis promit uena, super primam costam in axillam procurrens, sed prius in thoracis cuitate ramum promes, in tria superiora sui lateris costarum interualla absumentum, & alium per transuersos ceruicis uertebrarum processus in caluariam usque porrigendum, & alium in posteriora thoracis iuxta ceruicis radicem sparsum. Praesens uena thorace egressa, interdum hīc humerariam promit uenam, & ramum musculis anteriori thoracis sedi instratis: alium posteriori sedi thoracis, & cauo scapulæ: & la-  
teri thoracis alium digerit, in axillam festinans. Trunci autem in iu-  
gulo factæ bipartitionis reliquum in duos impares ramos dissin-  
ditur, & horum interior graciliorq; internam iugularem constituēs uenam, duabus propaginibus duram cerebri membranam adeun-  
tibus, caluariā subit. Exerior uero ab externo latere propaginem, ex qua humeralis uena constituitur, deducens, sursum concedit,  
superficieram efformans iugularem uariè ad fauces usque excur-  
rentem, & in linguam, laryngem, palatum, faciem, tempora & uer-  
ticem distributam, tribusq; uenis caluariam ingredientem. Humera-  
lis uero priusquam sub clavicula & summo humero in brachium fertur, ramum posteriori ceruicis sedi, & alium scapulæ gibbo, & alium summi humeri superiori sedi exporrigit, & secundūm exterius latus musculi cubitum flectentium anterioris sub cute prorepens, surculosq; graciles curi depromens, supra cubiti articulum dissecta aliquando unum ramum penitus latenter, & mox absumptum, ad cubiti articulum desert. alium sub cute obliquè ad cubiti flexus me-  
dium cum axillaris uenæ ramo coitum, communemq; uenam constitutum. tertium sub cute secundūm radium in posteriora cu-  
biti, ac tandem ad brachialis radicem iuxta ulnæ extremum mittit, qui axillaris propagini inibi commixtus, parui & anularis digitorū exteriora scandit. Axillaris in axilla latitans, & cuti anteriorem bra-  
chij sedem uersus interiora inuestienti ramum offerens, surculum præbet capitib; muscularum cubitum extendentium, & alium il-  
lorum mediæ propemodum longitudini, dein aliam propaginem cum quarto brachium petente neruo secundūm brachij posteriora ad cubiti usque exteriora ablegat. Mox in duas secta uenas, unam prorsus toto ductu in profundo submersam, ac arteria semper con-  
comitatam, per cubiti articuli flexus medium dedit, quæ ante cu-  
biti longitudinis medium in duas secta propagines, unam secundūm radium, alteram secundūm ulnam uersus brachiale porrigit. & hic rursus in surculos dirempita, in internam digitorum sedem ita dige-  
ritur, ut singulis digitis duæ offerantur soboles, & surculus quidam inter pollicis primum internodium & postbrachialis os indi-  
cem sustinens, ad manus externam sedem pertingat. Altera au-  
tem uena sub cute semper exorrecta, iuxta cubiti articulum in duos partitur ramos: quorum alter obliquè uersus cubiti articuli flexum contendens, cum humeralis ramo cōmiseretur, simul cum illo com-  
munem efformans uenam, quæ duabus illis medijs uenis consti-  
tuta, ac obliquè deorsum repens, radium que tandem concendens, in externa cubiti sede instar Y in duas dissinditur soboles, qua-  
rum altera medijs digitij potissimum externam sedem petit, altera ue-  
rò pollici & indici offertur, surculum in internā manus sedem spar-  
gens, ramulis montem Veneris sacrum implicantibus commiscen-  
dum. At alter axillaris iuxta cubiti articulum facte diuisionis ramus, uarias propagines in cubiti internam sedem depromit: quibus cre-  
brò uena accedit, ab altero uenam communem constituentium ra-  
mo, quem axillaris porrigebat, enata. Hæ propagines admodum

uariè modò coëuntes, modò rursus in uicem dirempta, ac internam cubiti sedis cutem implicantes, tandem in internam manus cutem prorepunt. Cæterum insignior eius rami propago ulnæ exporrecta, & in cubiti exteriora etiam surculos promens, iuxta brachialis radicem humerariæ ramo commiscetur, ad paruum digitum & annularem contendenti. Cauæ uenæ pars sub iecore deorsum repens, à sinistro laterer a ramum offert pingui renis sinistri tunicae & locis reni conterminis. Dein singulis renibus magna depromitur uena. Ab elatiori sede uenæ dextrum renem petentis, quæ frequenter altius uena sinistro reni propria initium sumit, propago pingue dextri renis tunicam accedit. Ab illius uero quæ ad sinistrum proficiscitur renem, humiliori sede sinistra seminalis uena exoritur, dextra interim à cauæ caudice demissius multo principiū ducente. Porro ubi caua uertebris lumborum innititur, geniculatim illis propagines dat, in musculos proximos et ad abdominis usq; latera absumentas. Atq; harū illæ sunt præcipuae, quæ à caua inibi pronascuntur, quæ supra ossis sacri ad lumborum uertebras nexus in duos parcs dissinditur trūcos, quorū sinister perinde ac dexter surculos quosdam ossis sacri foraminibus offert: & in duos partitur ramos, quorum interior propaginem mittit in musculos exhauriendam, qui ossis ilium & sacri posteriorem sedem occupant, & aliam deriuat in uenicam, & penem, & mulieribus in uterū multiplici sobole pertinen-tem. Quod reliquum eius rami est, ab externo ramo portiunculam assumens, per pubis ossis foramen in femur ducitur, cuti & muscu-lis internam femoris sedem occupantibus surculos exhibens, & ante genu articulum cessans, suoq; termino cum alterius crus petentis uenæ ramo, ut mox dicam, coiens. Exterior namq; ramus sinistri cauæ trunci per inguina femur aditus peritoneo propaginē offert, in inferiorem abdominis sedem ad umbilicum usq; absumentam: in femur uero procidens, pubis cuti & pudendi muliebris colliculis sobolem porrigit. Verum insignem uenam per femoris & genu & tibiæ anteriora, sub cute ad pedis usq; digitorum summū diffundit, in progressu sparsim cuti ramusclos depromentem. Aliam quoq; sub cute ad coxendicis articuli anteriora deriuat. ipse autem penitus inter musculos submersus, propaginem communicat musculis, & cuti in externa femoris sede locatis, & aliam offert musculis internā anterioremq; femoris sedem sibi uendicantibus. Atq; cum hac pro-pagine extremū uenæ eius coit, quæ per pubis ossis foramen descenderat. Hinc grandis uena secundum femoris posteriora retorque-tur, propagines eius sedis musculis communicans, à quibus ramuli in cutem pertinent, tum sursum, tum deorsum ad suram usq; excur-rentes. Intra inferiora uero femoris capita grandis hæc uena in duos scissa truncos, minorem exterioremq; uersus fibulam deriuat, à quo præter soboles anteriorem genu sedem petentes ramus dissinditur, sub cute externam tibiæ sedem uersus posteriora obtegente, ad di-gitorum usq; superiora uariè dissectus. Quod uero reliquum est, altius inter musculos externæ fibulæ sedi attensos occultatum, ultra tibiæ longitudinis medium properat. Interior autem truncus insigniter amplius, ramum dispensat secundum internam tibiæ sedem uersus posteriora sub cute ad pedis usq; digitos dispersum. Deinde alium depromit, per suram nonnihil reconditum, ad calcem usque pertingentem. Quod uero huius trunci præcipuum est, musculos posteriorem tibiæ sedem occupantes subit, & ab anteriori ipsius re-gione ramum per ligamentum membraneum demittit, fibulam ti-biæ alligans: atq; is sub anterioribus tibiam integentibus muscu-lis absconditus, ad pedis usq; superiora pertingit. Ipsa autem uena se-cundum posteriora descendens, & hinc inde cuti & conterminis mu-sculis ramulos offerens, tandem inter calcem & tibiam pedis inferio-ram subit, inibi in musculos & digitos in eum modum distributa, ut duæ soboles singulis offerantur.

DE CORDE, AC ORGANIS

*ipsius functioni subministrantibus.*

## *Caput IIII.*



**R**G A N O R V M, quæ insito nobis calorire-  
creando, & spiritibus restituendis enutrien-  
disqe fabricantur, <sup>a hepatica</sup> cor irascibilis animæ sedes  
facile præcipuum censetur, instar nucis pineqe  
anterius ac posterius compressæ effigiatum, et  
sua basi sub pectoris ossis medio collocatum,  
suoqe mucrone in sinistrum latus impense an-  
trorum uergens, substantiaqe constans carnea, sed quam musculo-  
E

rum est substantia duriori & triplici fibrarum genere intertexta, ac  
uenis arterijs q̄ proprijs donata. Dein cor duos sinus seu uentricu-  
los possidet, quorum alter in dextro consistens latere, amplior ac ra-  
tiori tenuiori q̄ cordis substantia obductus cernitur, & cauæ uenæ  
orificium ad hunc pertinet, cui tres membranæ introrsum ductæ  
præficiuntur. Quinetiam uas arteriæ constans corpore, sed uena-  
rum munere fungens, ac proinde arterialis uena appellatum, ab il-  
lo uentriculo egreditur, in ipsius orificio tres quoq; exigens mem-  
branulas extrorsum spectantes. Alter autem uentriculus in sinistro  
repositus latere, & crassa præcipua q̄ cordis substantia circundatus,  
etiam duobus donatur orificijs, quorum humilius uasis cuiusdam  
est, arteriæ, quod ad aërem attinet, usum præstantis, at uenæ corpo-  
re efformati: & proinde uenalis arteria appellati, & in ipsius orifi-  
cio duas membranas introrsum connuentes exigentis. Elatius ue-  
rò orificiū arteriæ magnæ dedicatur principio, cui etiam tres mem-  
branas Natura elargitur extrorsum respiciētes. Atq; hi sinus septo  
interstinguntur impensè crasso, & comprimi distendi q̄ apto, & in-  
tus soueis plurimis (ut & cordis uentriculi) abundant corpore ex-  
tructo. Totum uerò cor membraneo quodam inuolucro tegitur,  
ipsi nulla ex parte connatum, & corde multo ampliori aqueoq; hu-  
more intus rorato. Hoc exterius inferioris sua sede septo transuerso  
non mediocri amplitudine connascitur, in lateribus autem duabus  
continetur membranis cavitatē thoracis interseptientibus, & inuo-  
lucrum hoc, ut cor in sua sede seruaretur, suffulcentibus. Pulmo  
autem reliquam thoracis cavitatem, quam cor & dictæ nuper mem-  
brane & stomachus deorsum descendens non occuparunt, implet,  
undiq; sese accumbentium partium formę iccoris modo adaptans,  
ac proinde bubulo, aut aliōquin bisulco pedi admodum similis, &  
primùm dextra parte & sinistra conformatus: quæ rursus singulæ  
in duas fibras lobos ue diremptæ, multis uasorum implexibus ex-  
trumentur. Asperæ namq; arteriæ à fauibus (ubi etiam tonsillæ &  
alia duo glandularum genera consistunt) in thoracem deductæ, &  
ut uoci famularetur partim cartilagineæ: ut uerò concidere distendiq;  
apta efficeretur, ac respirationi subseruiret, partim membranæ, ra-  
mi pulmonē passim implet: & arterialis uena à dextro cordis uen-  
triculo familiarem sanguinē pulmoni præparāte, procedens, eumq;  
sanguinem pulmoni offerens, innumera serie in pulmonem distri-  
buitur, similiter ac uenalis arteria frequenti serie pulmonem impli-  
cans. Atq; his uasis fungosa, mollis, spumea & admodū sequax pro-  
priaq; pulmonis substantia circumfundit, quam tenuis admodum  
& pulmonis dilatationem compressionemq; haud prohibens tuni-  
cula proximè ambit. tunicæ costæ succingent semper attigua. Cæ-  
terū quia pulmo thoracis motum è nolto pendentem arbitratu-  
m, uacui beneficio sequens dilatatur, uacui etiam ratione extrinsecus  
nos ambiens aër per nares secundūm gargareonem: & quum uehe-  
mentiū aërem ducimus, is per os etiam ueluti in follem attrahitur,  
ipsius portiunctula per caluariæ foramina cerebrum petens, & reli-  
qua portione per fauces in asperam arteriam subintrans, & pulmo-  
nis cavitatem ex ipsius dilatatione factā ad amissim implens. Hunc  
aërem pulmonis substantia insita ui alterat, cordisq; usibus aptans,  
optimam sui portionem à uenalis arteriæ ramis undiq; asperæ pro-  
paginibus attensis assumi permittit, ut eius arteriæ interuentu aër in  
sinistrum cordis sinum deferatur, spiritus uitalis idonea futurus ma-  
teria. Cor enim hunc aërem attrahens, & in sinistrum ipsius uenti-  
culum magnam sanguinis copiam à dextro alliciens, ex halituoso e-  
ius sanguinis uapore, & illo aëre, propria uirtute ipsius substantiæ  
insita spiritum conficit, quem sanguine impetu ruente, concomita-  
tum fotonq; per magnam arteriam uniuerso corpori distribuit, &  
natuum cuiusq; partis calorem ita temperat, quemadmodum respi-  
ratio cor insiti caloris somitem recreat: itaq; idem usus fit respira-  
tionis & pulsus, quo arteria magna cordis rhythmo dilatatur & cō-  
stringitur. Ad spiritum igitur conficiendum cor aere uititur, ipsoq;  
illius feruidus calor temperatur. Verū quicquid in hac spiritus cō-  
fectione fuliginosum spirituiq; efficiendo ineptū est, per uenalem ar-  
teriā in pulmonē reduci, atq; hinc cū aere qui in pulmone reliquus  
erat, compresso thorace excerni, dissectionis professoribus est con-  
cessum. Adeò sanè ut cor indefessa ipsius dilatatione sanguinem in  
dextrum ipsius uentriculum à cauæ attrahat, ut is partim in sinistrū  
uentriculum ducatur, partim uerò in aptum pulmonis nutrimentū  
ab ipso amicè preparetur, & contractio corde per arterialem uenam  
pulmoni offeratur. Cor uerò dilatatum in sinistrum uetriculum ex  
pulmone aerem assūmit, constrictū uerò spiritum uitalem unà cum  
sanguine impetu ruente in magnā arteriā propellit. Quò minus au-  
tem rapida cordis attractio uenæ cauæ & uenali arteriæ noxam in-  
ferret, Natura cordis aures creauit, uelut promptuaria cordi appo-

sitas. Quatuor autem cordis vasorum orificijs membranas arbitramur praefectas, ne irritus cordis labor fiat. Membranæ enim cauæ & uenalis arteriæ orificijs praefectæ, impediunt quo minus in cordis contractione sanguis in cauam, & spiritus uitalis in uenalem arteriæ refluxant. illæ uero quæ in arterialis uenæ & magnæ arteriæ orificijs habentur, obstant quo minus in cordis dilatatione sanguis pulmonioblatus, & spiritus uitalis iam emissus, in cor denuò regurgitent. Porrò magna arteria simulatque è corde pronascitur, duas educit propagines cordis basim cingentes, deorsum ramulos per cordis substantiam spargentes. ipse autem arteriæ caudex paulo supra cor in duos sectus truncos, grandiorem sinistrorum ad spinam detinet, à quo utrinque rami ad octo humiliores costas exporriguntur. Quum uero is sub septo deorsum fertur, huic quoque propagines offerit, mox ab una radice omento, uentriculo, iecori, bilis uesiculae, colon intestino, & demum lieni soboles offerens, uenæ portæ ramis concomitatas. Dein aliam radicem truncus hic in mesenterium dispensat, & utrinque renibus unam deriuat nonnihil inferius, ab ipsius anteriori sede seminales producens arterias, & dein adhuc demissius mesenterio alium ramū exhibens, & in progressu uertebris lumborum ipsisque accumbentibus musculis surculos depromens. Ad sacri ossis initium, & si arteria prius cauæ in sinistro latere subiiciatur, eā quo tutior prorepat cōscendit, & eodem cum caua modo hinc bipartitò scinditur, parem cum illa ad extremum usque pedis distributionē in profundo faciens. quippe nullus huius arteriæ magnæ trunci ramus cutem subit. Verum id priuatim huius truci propagini per pubis ossis foramen procedenti accidit, quod illi arteria committitur, quæ ab umbilico secundum uesicæ latus descendens, fœtui propria censetur. Arteriæ magnæ caudicis truncus superiora petens, statim à sinistro ipsius latere ramum promit, oblique ad elatissimā thoracis uulateris costam protensam, à quo primū propago superioribus costis offertur, & dein alia transuersis processibus uertebrarum ceruicis, quæ postmodum in duram cerebri membranam exhaerit. dein alia sinistro pectoris ossis lateri exhibitur, quæ in alto scem per condita, ad umbilicum usque pertingit. Vbi uero ramus ille thoracis cauitatem superauit, surculum posteriorem ceruicis sedem occupantibus musculis transmittit, & similiter ut axillaris uenia ad digitorum usque extrema digeritur, si axillaris ramos cutem subeuntes exceperis, ac in alto latitantes solūm hinc intellexeris. Cæterum insignior portio dicti in per magnæ arteriæ trunci ad iugulum ascendens, in duos impares ramos partitur. sinister, qui & gracilior est, sinistri lateris soporalem constituit arteriam: dexter uero, ab ipsius dextro latere ad primam costam propaginem deriuat, eodem prorsus modo ad iumentum, quo ramus illius qui oblique primam sinistri lateris costam adire dicebatur. Verum dextrum ramū reliquum, huius lateris soporalem efformat arteriam, quæ similiter atque sinistra secundum asperæ arteriæ latus fauces petet, ramum porrigit in faciem penitus & in temporum cutem ad uerticem usque absorbendum. ipsa autem laryngi & linguæ & triplici hinc reposito glandularum generi soboles offerens, caluariam adit, & in duas diuisa propagines, minorem in primum dextrum ue dure membranæ sinum exhaerendam mittit. grandior absque uenæ coniugio per proprium foramen in caluariam mergitur, atque hinc mox in duræ membranæ latus soboles ab ipsa derivantur, & alia per peculiare foramen ad narium amplitudinē versus nasi extreum contendit: ipsa autem propago caluariæ basi instrata, & in nullum tamen plexum reticularē digesta, antrorum fertur, & ramum cum secundo pari nervorum cerebri ad oculum depromens, sursum ascendit, duram cerebri membranā perforans, & partim in tenuem membranā hinc absumpta, partim uero in dextrum cerebri uentriculum repens, plexus eius in hoc uentriculo repositi, ac extimo fœtus in uolucro comparati portionem efformat, uitalemque spiritum cerebro offert, ut ex illo cerebri beneficio animis spiritus, ut nunc dicam, præparetur.

*DE CEREBRO, ET ORGANIS  
cerebri officiorum nomine extructis.*

*cerebri officiorum nomine extructis.*

*Caput V.*



tunicam retis imaginis similem degenerant. Oculus namque in centro habet "crystallinum humorem, cuius anteriori sedi tunica tenuissimæ ceperum pelliculae correspondens obnascitur. Posterior autem eius humoris regio à uitreo humore continetur, cuius posteriorem ambit sedem inuolucrum cerebri substantiae respondens, in quod uisorij nerui substantia dissoluitur. Tenuis autem cerebri membrana ueruum uisorium inuestiens, in tunicam dilatescit uuea folliculo perquam similem: quippe ipsa uniuersum oculum amplectens, anteriori sedi foramine eò peruia cernitur, quod pupillam dicimus. Dura autem cerebri membrana ueruo etiam uisorio circumdata, in duram oculi tunicam finitur, toti oculo obductam, & in anteriori sede oculi cornu modo pelliculam, quae iride seu maiori oculi circulo circumscripta, ad quem alba adhærens uea oculi tunica anteriori oculi sedi obnata definit. Porro inter corneam hanc & anteriorem crystallini humoris sedem aqueus habetur humor, qui à uitreo tunica quadam tenui & ciliorum imaginem exprimenti, & orbiculatum crystallino humoris adnata, atque ab uea principium obtinente distinguitur. Secundum uerorum par mouendis oculorum musculis seruit. Tertium duabus radicibus inuenit distantibus utrinque enascens, minorem digerit quadam portiuncula ad frontis cutem, & quadam ad superiorem maxillam superius que labrum, & quadam in narium amplitudinem, & quadam ad musculos maxillam inferiorem attollentes. Maiores uero radicem tertium hoc par linguæ exponit, hec que illius beneficio gustus instrumentum efficitur. Verum ab hac etiam radice ramus capreoli modo intortus dictis nuper offertur musculis, & alias superioribus dentibus, alias que inferiori maxilla ac dentibus illi infixis, & inferiori tandem labro. Quartum par in palati cessat tunicam. Quintum duplice quoque radice, ut & tertium par, prodiens, minorem musculis maxillam inferiorem attollentibus dispensat, crassiorum uero auditus organo offert, quamuis & ab hac binas dispergit soboles per diuersa foramina in commemoratos modò musculos etiam pertinentes. Sextum par præter ramulos ab ipso quibusdam in ceruice musculis & laryngi in descensu oblatis, septimi paris portione adaugetur, atque iuxta pectoris ossis summum soboles quasdam illinc prodeuntibus musculis præbens, ramum costarum radicibus deducit, in organa sanguificationi subministrantia pulchritudinem. Ita hactenus uterque sexti paris ueruus pariter distribuitur. Dexter uero priuatim sui portionem ad arteriam dextram brachio exorrectam retorquet, à quo ueruus consurgit secundum asperæ arteriæ dextrum latus ad laryngem proficisciens, ob hoc dextra ueruus descendit, pulmonis dextrae parti & cordis in uero ramulos offert, ac stomacho tandem commissum, septumque permeans, uentriculi superioris orificij sinistram sedem multis propaginis donat. Sinister autem ueruus ad arteriæ magnæ truncum dorso explicatum, portiones suas reuersuum sinistri lateris ueruus constituentes retorquet. Ab huius lateris ueruus peculiariter cordi gracilis propago digeritur: quod autem eius adhuc restat, dextram superioris orificij uentriculi sedem intertextit, secundum uentriculi superiora ramulum ad iecur usque mittens. Septimum par præterquam quod sextum impense auget, præcipue in laryngis & linguæ musculos absunitur. Ueruus à dorsali medulla in uertebris conclusa principium ducentes, triginta complectuntur paribus: quorum septem ceruicis dedicantur uertebris, duodecim thoracis, quinque lumborum, sex sacro ossi, nullo interim ueruus à coccyge osse profiliante. Quae à ceruicis labuntur uertebris, in musculos ipsi adnatos proximos que digeruntur: & à quarto, quinto & sexto parium surculis utrinque unus efficitur ueruus, lepto transuerso proprius: deinde à quinto, sexto, septimo, & deinde ab octauo aenono, seu primo secundo que thoracis paribus, uariuus ueruorum consurgit textus, à quo in brachium sex ueruus pullulant, præter uarias soboles scapulae cauo & gibbo dispersas. Ac primus brachium petens ueruus ab ipsius propaginis, quas brachium attollenti offert musculo, sobolem impense gracilem in cutem brachij externæ sedi obductam digerit. Secundus per axillam brachium ingrediens, ramulosque priori cubitum flectentium musculo præbens, insignem ipsius portionem tertio brachium accedenti ueruο impartit. Ipse uero in cubitum festinans, & ramulum primo radium in supinum ducenti musculo exhibens, cutem subit: ac in uarias dissectus propagines, superioris interioris que cubiti sedis cutem ad extremam usque manum implicat. Tertius per axillam quoque descendens, & anterioris brachij sedis cuti ramulos deprendens, ac secundi ueruui portione adaugitus, propaginemque communicans, posteriori cubitum flectentium musculo per anterio-

F rem

rem sedem interioris tuberculi ossis brachij in cubitum properat, musculis hinc principiū ducentibus surculos unā cum quinto nero spargens, & secundū radium exorrectus, atque in manus uolam ductus, duas soboles pollicis internae sedi, & totidē indici quoque, & unā tantū externo lateri interioris sedis mediū elargitur, non infreuerter etiam medio binos ramulos & unū anulari offerens. Quartus brachij nenuis ceteris multo crassior per axillam ingrediens, & ramos musculis cubitum extendentibus disseminans, secundū brachij posteriora ad externum ossis brachij tuberculum contendit, in cutem prius duas diffundens soboles. Nenuis ad hāc externam articuli cubiti sedem positus, ramum in cutem externae cubiti sedis ad brachiale usq; spargens, & mox in duos ueluti truncos diuisus, musculis que ab externo brachij ossis tubere pronatis soboles dans, unum truncum ulnae exorrectit, à quo ramuli in musculos ab externa ipsius sede pronatos digeruntur: ipse autem truncus iuxta brachialis radicem cessat. Superior uerò truncus radio exorrectit, & præter surculos graciles, quos accumbentibus præbet musculis, brachiale petit, & duos ramulos externae pollicis sedi, ac duos item indicis, et unum mediū digiti interno lateri imparitur. Quintus nenuis arteria brachij proximus in axilla latitat, & nullas soboles in brachio à se deducēs, in cubitum per posteriorēm interiore tuberculi ossis brachij sedem pertingit, ac musculis hinc pronascentibus unā cum tertio nero ramos communicans, secundū ulnam ad brachiale excurrat, in medio ductu ramum diffundens, qui duobus surculis in externam parui digiti sedem, & duobus item in anularis, & uno in mediū exterioris sedis externum latus absumentur. Quicquid uerò quinti nenui internam brachialis sedem adit, in teriori parui digitis sedi, & anularis & mediū ramulos offert. Sextus nenuis insigniter gracilis, secundū internam brachij sedem sub cute deducit, & in progressu ramulos quosdam in cutem diffundens ad cubitum pertingit, in cuius cutem secundū ulnam ad brachiale usque frequentibus surculis disseminatur. A' nenuis è thoracis uertebris prosilientibus, præter ramos qui retrorsum ad spinas uertebrarum, & dehinc in musculos ab illis principiū ducentes porriguntur, singula costarum interualla singulos ramos sibi uendicant, ad pectoris & abdominis usque meditum orbiculatum pertinentes, & musculis thoraci instratis, abdominis que musculis, & demum cuti surculos dispergentes. Ad hāc ab intercostalibus nenuis portiunculae digeruntur, quæ sexti parisi nenuorum cerebri propagines costarum radicibus exorrectas adaugent. Cæterū distributio nenuorum è lumborum uertebris progredientium thoracis nenuis magna ex parte responderet: illi nonne retrorsum diu seminat, & secundū ilia ad abdominis mediū circulatum ascendunt, ramulos cōterminis musculis & cuti elargiētes. Verū à primo horū pari ad testes cum seminalibus arterijs propagines quām minimae pertingunt, à quatuor autem humillimis paribus nenui in femur procidentes principiū sumunt, quanquam omnium maximus à quatuor primis sacri ossis nenuorum paribus pronascatur. Primum sacri ossis nenuorum par, similiter a thoracis & lumborum paria, è uertebris labitur. Quinq; autem humiliora sacri ossis paria non à lateribus prosiliunt, uerū una radice antrosum, altera retrorsum egrediuntur, & posterioribus radicibus in musculos sacro ossi & ilium ossibus adnatos & cuti sparguntur. Anterior uerò primi paris ramus unā cum anterioribus triū succedentū pariū radicibus dictum nuper nenui cōstituit. Humiliorum autem pariū radices in uescicam, anum & penem, aut mulieribus in uteri ceruicē & pudendi colliculos deperduntur. Porro quatuor nenuorum in femur progredientium primus secundū sextum femur mouente musculū deducit, ac in externā femoris cutē ramū disseminans, in musculos absumentur exterius femoris latus occupantes. Secundus simul cum grandiori femoris uena & arteria femur subit, mox ramum depromens per internā femoris & genu & tibiā sedem ad summum usque pedis digitorum que extrema sub cute simul cum uena, quam hāc prorepere dictum est, descendens: huic que ac illuc ramulos digerens. Quod uerò secundi nenui est reliquum, in musculos cessat anteriorem femoris sedem contingentes. Tertius nenuis pubis ossis foramen perreptans, & musculis id occupantibus ramulos offerens, sobolem deriuat in internā femoris cutem aliquousq; sparsam: reliquū autē eius nenui in musculos diffundit, in internā femoris sede inibī locatos. Quartus omniū corporis nenuorum, qui ex pluribus nenuis construuntur, facile crassissimus, ubi coxendicis os à sacro dehisit, in posteriora femoris dicitur, ramū in cutem femoris posteriorē spargens, qui paulo sub media femoris longitudine cestat. Humiliori etenim sedi alius offertur ramus, à quarto propagatus nero, qui etiā musculis à coxendicis ossis infima

posteriori se de pronatis, soboles exhibet, uti & musculis ab inferioribus femoris capitibus pronatis. Dein in poplitis regione in duos dissectus truncos, graciliorem exteriorem que ad fibulam defert, à quo ramus ad externam tibiā cutem ad paruum usque digitum repit, & aliis in anteriorem tibiā cutem dispergit: eius uerò trunci reliquum fibulae exorrectit, ubi septimi & octauū pedem mouentium muscularum pendet origo. Cæterū grandior interiorē truncus ramum in internā tibiā cutem, & in surā pariter cutem ad calcem usque porrigit: ipse uerò in musculis suram consti tuentibus occultatus, ramum per ligamentum membraneum mitit, quo fibula tibiā alligatur. hic ramus musculis anteriorem tibiā sedem obtinentibus reconditus, tandem in pedis superiora contendit, inibi digiti oblatus. Præcipua eius grandioris trunci portio secundū tibiā posteriora deorsum properans, & nonnullas soboles hoc illuc muscularis exhibens, inter calcem interiorem malleolū pedis humiliora adit, & exiguae admodum soboles muscularis inibi repositis offerēs, inferiori singulorū digitorū sedi duas propagines cōmunicat. Atq; ad hunc sane modū immēsus rerum Opifex non ad uiuendū modō, sed etiam ad cōmodē uiuendū corpus nostrum corruptioni obnoxium condidit, quæ autem ad specieī successionē fabrefecerit, quīq; hāc nutritionis organis procul à sensibus & rationis sede subiunxit, nunc obiter & quantum hāc humanæ fabricæ partium enumeratio admittit, subiçiam.

DE ORGANIS SPECIEI  
propaganda famulantibus.  
Caput VI.



X. bito os, radius appellatum, X notatur.

Z Octo brachialis ossa, dupli ordine digesta.

Quatuor postbrachialis ossa.

Quindecim digitorum ossa.

Hoc charactere finis trium os eorum que sacri ossis lateribus comituntur obviu est: quod in tres sedes, perinde ac si tribus peculiariibus ossibus constitueretur, nomine dividimus, que dextrum os characteribus notata refert: o nang ilium os, & coxendicis, g pubis indicat, s uero cartilaginem pubis ossis coartati interuenientem.


A Femur, cuius exterior maiorq; rotator & indicatur, interior q; minor interim hic nusquam conspicuo.

Z Os scuti pectenq; in dextrum, genu articulo præpositum.

II, Z A II ad Z sedes metitur, quam tibiam nuncupamus, queq; duobus constat ossibus, uno interiori & crassiori, ac tibia appellato, ac φ in signito: altero graciliiori exteriori, quod Y inscriptum fibulae nomen obtinuit.

Y Inferiorum appendiculum ossium que tibiam constituant processus, quos malleolos appellare consueimus.

Ω Talus tibiae subditus, calcicq; instratus.



a Calcis os, tibiae relictitudinem longè excedens.  
 b Os cymbæ imagini à dissectionum peritis comparatum.  
 c Quatuor tarſi ossa, que singulis characteribus d, e, f, & g indeciantur, uel sic interiora tria que nominibus carent, ab extimo, f.g. quod g insignitur, & tessera & cubo conseritur, distingui queat.

b Quinque ossa tarſum sequentia, pedionq; constituentia.  
 i Quatuor decim pedis digitorum ossa.  
 k Pluribus locis hac figura hoccurrit, oscicula indicaturum que & sesami feminine nomen inuenerunt.

K EXTERNA

SOLVITVR OMNE DECUS  
 LETO, NIVEOS QVE  
 PER ARTVS  
 IT STYGIVS COLOR, ET  
 FORMAE POPVLA-  
 TVR HONO-  
 RES.

EXTERNARVM HVMANI CORPORIS SEDIVM PARTIVMVE



IC NON prolixior nominum externas hominis sedes loca ue indicantium enumeratio instituitur, quam cōmodē imaginū uirilis muliebrisq; corporis superficiē exprimentū marginibus adhiberi potest. Quanquam succinctam eorum descriptionem, ac uelut præsentium figurarum indicem duntaxat proponere nihil obstat, quum eadem ferē nomina externis corporis sedibus ac ossibus, partibusque externae sedi subditis, accommodentur, quorum præcipua, ab ijsq; qui rectius dissecandationem aggressi fuerunt instituta, iam prius in orationis contextu, quantum proposita nobis Epitome requirit, recensuimus. Solet itaque uniuersa corporis superficies ab illius nominum institutoribus primū in magnas sedes diuidi, ac dein illarum partes rursus uarijs nomenclaturis do-nari. Atque ita Aegyptij medici corpus in Caput, Thoracem, Manus, & Crura diuidebant: Thoracem, perindeac Aristoteles, nominantes uniuersum corporis trun-cum, à iugulo aut collo clauiculis ue ad inguina & pubem, aut magis ad femorum usque superiora pertinentem; non autem tantum, ut Galenus, nonnulliq; Anatomicorum pri-marij, corporis sedem costis septam. Alij facultatum corpus uniuersum dispensantium, animarumq; sedibus mentem adhibentes, quadrifariam quidem similiter ac Aegyptij corporis superficiem discernunt, ue-rūm secus quam illi corporis trun-cum in duas sedes primū distin-guētes, manus & crura unius par-tis loco prima hac diuisione enu-merāt, illa quæ Artus propriē uocatis constituant, extremorū no-mine complectētes. Ac in corpo-ris trunco duas præcipuas locant sedes, secundūm duas cauitates se-cantibus inibi obuias: quarum in-ferior ab elatiori, interuentu septi transuersi seiucta, iecur naturalis altricis ue animæ sedem sanguifi-cationisq; officinā, ac insuper huic subministrantia organa comple-ctitur, partibus quoque genera-tionis famulantibus parata. Su-pe-rior cauitas cordi irascibilis ani-mæ somiti uitalisq; spiritus fonti, illiq; subseruientibus organis as-scribitur. Cæterū tertia corporis cauitas capi-ti tribuitur, cerebro que potissimum principis ani-mæ sedi, animalis que spiritus promptuario sacra-tur. Corpore in hunc modum obiter diuiso, singu-larum partium superficies ita rursus distinguuntur, ut capitū totius pars anterior supercilijs superpo-sita, ac crinibus nuda, lineasque quasdam pro-ponens, Frons nominetur. Hac superior & uer-sus capitis medium uergens, Sinciput. Vtrinque ad sincipitus latus, supra que Aurem, cui Auditorius meatus inest, consistens, Tempus. Media capitis sedes sinciput uersus posteriora superans, Vertex, qui ueluti centrum est circuli crinum originem circumscribentis. Post uerticem usque ad musculorum qui utrinque in ceruicis summo pro-minentes, in medio soueam ostendunt, ac plerisq; Tendines dicuntur, elatissimam sedem Occiput spectatur. Prior autē capitis pars à frōte ad mentem usq; protensa, Facies. Inferior enim frōtis pars, Super cilijs ueluti eminētibus, pilisq; cōsistis terminis, eorundemq; medio circumscribitur. His subsunt Oculi, inferiūs & superiūs Palpebris intecti: qua rum sedes ubi inuicem conniuent, & erectis ordi-nata que, ut in nauibus remos spectamus, serie po-sitis pilis, quos Cilia nuncupamus, ornatur, quodammodo que cartilagineæ sunt, Tarsi haben-tur. Commissionis huius termini, Anguli sunt: quorum major nasum, minor tempus spectat. In disiunctarum palpebrarum medio præter Album candidum ue oculorum appetit: in cuius medio duo se offerunt circuli, quorum amplior Iris & Corona est, minor Pupilla. Naus oculos inter-iacet, cuius foramina Nares uocantur: quarum externala lateranasi Pinnulis seu Alis, interna uero Intersepto nasi constituantur. Sedes ad nasi latera mali in modum pro-



CITRĀ DISSECTIONEM OCCVR RENTIVM APPELLATIONES.



digitum hic etiam unguibus ornati sequuntur. Quamquam deinde pede ferme institutum, in humera sedes quia calcaneus plerumq; *Planta*, & *Pestis*, ipsiusq; internū latus *Concauū*, superior uero *Tarsus* nuncupetur.

minulae ac rubentes,<sup>1</sup> Malæ, & quibusdam Genæ uocantur. Sedes inter nasum & malas mediæ nonnullis *Concauā* dicuntur, quo nomine alij totam oculorum sedem à palpebris ad malas metitam uocantur. Facie pars quam inflamus. *Bucca* est. tota uero ipsius pars a superficijs ad elatiorem usque dentium seriem pertinens. *Superior maxilla* nominatur, reliqua autem quæ in uiris *Barba* decoratur, *Inferior*, cuius anterius extremum, *Mentum* nonnunquam fouea ornatum educit, sub *Labri* inferioris rubore consistens. *Elatioris labri* sedes nalo subdita, <sup>1</sup> *Sulculo* q; donata, <sup>2</sup> *Mustax* censemur. Quod labris circumscribitur & continetur, <sup>3</sup> *Os*, quo hiante <sup>b</sup> *Lingua*, <sup>c</sup> *Palatu*, <sup>d</sup> *Gargareon*, <sup>e</sup> *Dentes*, <sup>f</sup> *Gingiuæ*, <sup>g</sup> *internaq;* <sup>h</sup> *Faucium* sedes occurrit. Quod caput ad claviculas usq; aut thoracem excipit, <sup>i</sup> *Collum* & *Cervix* est, & si posterius nomen magis posteriori parti accommodetur, uti & anteriorem qua aspera arteria, & potissimum ipsius caput tangentibus occurrit, *Guttur* dictam legimus. <sup>k</sup> *Humerus* ueteribusocabatur brachij ossis cum scapula articulus, unde & partem maximè ad collis radicem thoracisq; latera eminentem, <sup>l</sup> *Summum humerum* dixerunt. Quod ab illo prorsum uersus <sup>m</sup> *Iugulum* foueam ue in collis radice obuium uergit, <sup>n</sup> *Clavicularia* est. Quod autem ab ipso ad extrema digitorum aciem protenditur, <sup>o</sup> *Manus*; cuius prima pars (slib qua cuitas <sup>p</sup> *Axilla* aut *Ala* appellata, & musculis quo<sup>s</sup> Tendines permulti illuc uocant septa, consistit) ad proximum usque articulum. <sup>r</sup> *Cubiti* ue flexum producta, <sup>s</sup> *Brachium*, & Latinorum quibusdam *Humerus* dicitur. Posterior flexus illius sedes <sup>t</sup> *Gibberus* est. Pars ab hoc ad conterminum articulum ducta, <sup>u</sup> *Cubitus*, & Latinorum quibusdam *Brachium* & <sup>v</sup> *Vlna*. Ad cubiti extreum <sup>w</sup> *Summa manus* incipit, cuius pars a cubito ad quatuor digitorum radices porrecta, in duas sedes partitur: ac cubito propinquior <sup>x</sup> *Brachiale* est, alia <sup>y</sup> *Postbrachiale*, quæ à constructionis specie cum pectore etiam <sup>z</sup> *Pectus*, à quibusdam *Palma* nuncupatur. Huius interior sedes caua ac uarijs monticulis sepra, multisq; lineis interstincta, <sup>aa</sup> *Volam* efficit. Reliqua summe manus pars, <sup>bb</sup> *Digitii* sunt, singuli ternis partibus tanquam in acie locatis efformati, & exterioris <sup>cc</sup> *Vnguis* ornati. Horum maior alijsc actione oppositus <sup>dd</sup> *Pollex* est, illi proximus <sup>ee</sup> *Index*, dein <sup>ff</sup> *Medius seu Impudicus*, cui proximus est <sup>gg</sup> *Medicus & Anularis*. Extimam uero sedem occupat <sup>hh</sup> *Parvus, Auricularis ue.* <sup>ii</sup> *Thoracem* h̄c nominamus corporis trunci partem <sup>jj</sup> *Costis* septam, maximamq; sedem <sup>kk</sup> *Laterum* efformantem: cuius anterior sedes <sup>ll</sup> *Pectus* est, quam <sup>mm</sup> *Mamillæ*, atq; in illarum medio <sup>nn</sup> *Papillæ* cum obsfuso ipsas ambientibus circumoccupant. Reliqua anterior trunci sedes <sup>oo</sup> *Abdomen* constituit, cuius regio pectoris ossis cartilaginei & costarum cartilaginibus illa humilioribus proxima, perinde <sup>pp</sup> *Subcartilaginea* nuncupatur, ac uiscera cartilaginibus illis complexa. Sic quibus septū transuersum præcordia appellatur, sedes in quam id cartilaginibus inseritur, *Præcordiorum* nomen obtinuit. quamquam rursus alij ita etiam thoracis anteriorem sedem nuncupent. Quod sub infimis costis & ilium ossis spina (que mulieribus multo magis quam uiris educitur) ossibus destituitur, tangentibusq; cedit, <sup>qq</sup> *Inania* sunt & <sup>rr</sup> *Ilia*, in quoru ueluti medio <sup>ss</sup> *Vmbilicus* cernitur, sub quo mox <sup>tt</sup> *Sumen*, cuius infima sedes trunci termino proxima, <sup>uu</sup> *Aqualiculus* nuncupatur. Terminus autem ubi hic <sup>vv</sup> *Pudenda* & *Naturalia* consistunt, <sup>ww</sup> *Pubes* est & *Pecten*, ad cuius latera in femorum flexu <sup>xx</sup> *Inguina* recensemus. Maris pudendi pars citra sectionem conspicua, <sup>yy</sup> *Penis & Coles* uocatur: cuius summitas magis quam reliqua longitudine crassescet, <sup>zz</sup> *Glandem* efformat, in cuius medio meatus urinæ seminæ communis conspicitur. Huius inuolucrum <sup>aa</sup> *Præputium* est, licet alij tota penis summitas ita nuncupetur. In inuolucro reliquaq; ad anum cute protuberantē suturæ modo lineam uocamus <sup>bb</sup> *Suturam*, & totam hanc exorrectam extuberantemq; ad anum usque penis partem <sup>cc</sup> *Taurum*. Vti & sedem inter testium inuolucrum (quod ex cute paratum <sup>dd</sup> *Scortum* dicitur) & anum conspi cuam, <sup>ee</sup> *Interfeminium* nuncupamus. Muliebris pudendi rima, quæ uteri ceruicis est orificium, <sup>ff</sup> *Sinus* uocatur, quem <sup>gg</sup> *Alæ* & *Colles* utrinque prominentes, & cuticularis in ipsius summo apparet <sup>hh</sup> caro ornant. Recti intestini orificium per sedem prodiens, à figura <sup>ii</sup> *Anulus*, & ab officio <sup>jj</sup> *Strictor* appellatur. Posterior trunci corporis pars, <sup>kk</sup> *Dorsum* aut *Tergū* serè nuncupatur, cuius latera in elatiore posteriori thoracis sede <sup>ll</sup> *Scapulis* constituunt. Inter ipsas uero mediu & dorsi sedes hinc ad infinitas usq; costas, aut ubi id maximè in flexu protuberat, pertinens, thoraci ascribit, ac post septum transuersum consistit. Sedes uero hanc ad nates usq; sequens, <sup>mm</sup> *Lumbos* complectitur. Sunt autem <sup>nn</sup> *Nates* carneæ & globose sedes, ilium ossium occupantes dorsum, in quarum medio sacri ossis & coccygis posteriores processus uelut excarnes ad anum usq; occurunt. <sup>oo</sup> *Vbi* artculus femoris percipitur, magnusq; <sup>pp</sup> *Rotator* exuberat, <sup>qq</sup> *Coxendix* est, aut *Coxa*, quod nomen alij *Femori* ascribunt, ab inguinibus ad <sup>rr</sup> *Genu* pertinenti: cuius posterior sedes & flexus <sup>ss</sup> *Poples* nuncupatur. Genu ad proximum usq; articulum pedis ue initiu <sup>tt</sup> *Tibia* subsequitur, quæ nonnullis *Crus* nominatur, & si plures id nomen simul tibiæ femoriq; uelint esse commune, <sup>uu</sup> *Anterior tibiæ* sedes ossea tangētibus occurrit, posterior autē ubi ipsius <sup>vv</sup> *Venter* seu *Sura* cernitur, carnea. Tuba ad tibiæ imum utrinq; uelut ossea tangētibus obuia, *Malleoli*, neutiquā uero <sup>yy</sup> *Talus* illis exceptus reconditusq; nominatur. Postica pedis pars extra tibiæ rectitudinem retrorsum prominens, <sup>zz</sup> *Calx* appellatur. Relique uero pedis superficiaria sedes prorsus ossium nomen sura affert. <sup>aa</sup> *Poplitea* <sup>bb</sup> *Posterior Pectoris*, quod ipsiusq; internū latus <sup>cc</sup> *Concauū*, superior uero <sup>dd</sup> *Tarsus* nuncupetur.

FIGVRAE AD PROXIMAM PAGINAM AGGLVTINATAE.

M V L T I S Q V E P A R T I B V S E X T R V C T A E,

characterum Index.

- QVN** **I** **A** figura h̄c ē regione à capite ad proximā paginā glutinata, ac omnē uenarū arteriarūq; seriem unā cum organis tunica costis succingente & peritōneō obductis cōmōn strans, pluribus insignia uenit characteribus, non abs re fuerit, primū p̄ceptuā ipsius partes maiuscūlis latīnis literis indicare, ac deinde singulari uti casus offeret, alijs characteribus exprimere.
- A**, **A**, **A** Septum transuersum hoc conficitur, quā à colarum et pectoris oīis carilagīnibus refūssum est, q̄ deinde iecoris & lienis posteriora subit.
- B** Cordis involucrū est portio inibi relicta, quā id se pro magna ampliitudine continuatur.
- C** Cor tam abr̄atq; hac simplici figura luit in sua sede expressum, & sua uasa aures que ostendens. Huic cordis figure alias subiectissimā, que ipsius ueniculos, orificia, & ipsi p̄fectas ostendunt mēbranas, si modō id una atq; altera charactula fieri posseſſerit.
- D**, **D**, **D** Pulmonis quatuor notantur lobis seu fibris. Verū ut cor manifestius unica hac figura pingetur, thoracem interstientes membranas om̄simum, ac pulmonem uelut in latera residentem delineauimus.
- E** Aperie arterie caudex simul cum larynge, ip̄singū annexis glandibus.
- F**, **F** Iecoris gibli magna superficies tota enim causa ie coris sedes sub hac, acque adeo ventriculo delineatur, G & G priuatum insignita.
- H** Bilem flauam excipiens uescicula.
- I** Ventriculus suis uasib; acneruis, & deinceps stomacho & superiori membrana omenti, & inferioris etiam humiliori portione ornatus.
- K** Superior omenti membrana.
- L** Inferioris membranae omenti portio, quae uelut à colo intestino initium ducit.
- M** Intestina ad unum omnia.
- N**, **N** Inferioris omenti membranae portio ventriculo subdita, & colum intestinū quā ventriculo ex porrigitur, dorso colligans: atq; hic organorum per ipsam distributionem delineatur series, ut & uasorum distributio per mesenterium in intestina excurrens.
- O** Lien ex causa ipsius facie potissimum expressus.
- P** Dexter ren.
- Q** Sinister ren.
- R** Veneris simul cum suis testibus uasib; delineatus.
- S** Mulieris uescicula simul cum meatus urinam à rebus deferentibus portione, ac dein cum umbilicali uasi expressa. Verū animū modo adhībe notis supra septum posseſſe.
- T** Veneris causa caudex, quā inter cor & iecur conficitur.
- V**, **X** Cordis basis, atq; adeo uasa id coronarum ritu succingentia.
- Y** Cordis mucro.
- Z** Vene sunt ac arterie per cordis corpus digestae. Sedes, qua causa caudex in cordis dextrum, sinum debiscit.
- b** Dextra cerebri auricula.
- c** Sinistra cerebri auricula apex.
- d** Vena arterialis caudex. Vena autem arterie initium quā in sinistro cordis lateore eūt hic canalis orificium in dextro conficitur, hac figura nequit. Notant tamen e & e uenalis arterie & uenae arterialis in dextram pulmonis partem progressus, nondum pulmonis substantia undique circundat.
- f** Magna arterie caudex.
- g** Magna arterie trunca, partes cordis subditas petens.
- b** Superiora pectinis magna arterie trunci portio, sinistro brachio potissimum oblata.
- i** Dicli modo trunci insignior portio, atque adeo ipsius in duos impares ramos distributio, quorum alter sinistra est soporadis & notata, grandior uero dextram format, soporadis l insignitam, & arteriam potissimum in dextrū brachium excurrens, & in notatum.
- n**, **n** Hac excurrens septi transuersi nerui, quorum inuum in figura cuiilla cuius indicem prosequimur, fermatur. P insignitur.
- o** Vena pari destituta initium, ipsius uero series in presentis figura tergo est confituta.
- p** Causa in ingulo bipartitio, ac utrinque ad p latera exortus apparent uenarum pectoris oīis propriarum, ac ad umbilicū usque regionem exercurrentium. Et arum altera simul cum conuge sibi arteria \* insignita, in uno latere q notatur.
- q** Vene superior aliquot costarum interuallā & deuiniis initium.
- s,s** Vena per transuersos cervicis vertebrarum processus calvariam petens, atque in secundum dure membranae serum simum cum conuge arteria absimptum. Notatur enim primus sinus t, t, secundus x, y, dus u, u-tertius x, x, quartus initium y.
- x** Axillaris petens uenam, que in sinistro latere humerariam a indicatam promitt. In dextro autem latere illius iniū bic ab externa pendet iugulari. Hic abrūcata propagnes ille sunt, que ab axilam petente uenā in thoracis anteriora, posteriore & latera digeruntur.
- a** Interior iugularis.
- e** Interioris iugularis in duas uenas distributio, quarum altera secundum dure membrana petens serum, altera in latus sinistrum dure membrana excurret.
- ?** Exterior iugularis.
- u** Exterioris iugularis ad fauces distributio. Ipsius pars post aures ad occipitum excurrens notatur, & ad tempus & uerticem, & ad faciem & frontem, & ad secundum dure membrana serum. uero duo ipsius rami indicantur, quorum alter per oculatum capitū os calvariam petens, alter per secundi paris nervorum cerebri foramen.
- \*** Aliquot subsequentes characteres in dextro ponuntur lateri, soporadis arterie serlem indicantes. Atque hic arterie portionem indicat calvariam petentem, postquam ramum a se diffidit, cum externa iugulari ad faciem, & ad tempus, & post aures digestum.
- s** Soporadis ramus primum dure membrana petens serum.
- o** Principia soporadis portio per priuatum foramen calvariam petens.
- v** Versus narrum amplitudine exporrectus ramus. Ramus in dextrum latus dure membrana excurrens.
- t,t** Rami soporadis p̄cipui, qui plexum reticularem efformare perperam creduntur.
- v** Ramus oculis petens.
- q** Ramus tenuem adiens membranam cerebri basi obvolutam.
- x** Plexus, quem extimo foetus inuolucro comparetus.
- z** Sexi paris nervorum cerebri dexter nerus, illic abscessus quā secundum laryngis latus deorsum fertur.
- w,w** Dexter recurrens nerus.
- z** Sexi paris nervorum cerebri truncus sinistri.
- 3** Nervulus cordis basin accedens.
- 4** Posteriora cervicis & occipitum adiens uenam.
- 5** Scapula posteriora petens uenam. Verū & posthac arteriam priuatum nō insigniamus, prom p̄tē ex delineatione liquet, cuī nam uenae arteria exporrigitur.
- 6** Ad cūtem quā summus humerus integratur.
- 7** Humeraria quā cūtem subit, cubitumq; adit.
- 8** Humeraria ramus altiora cubiti articuli internum petens.
- 9** Ramus ab humeraria ad communis uenae constitutionem repens. Verū modo conducterit porius minores latinos characteres assūmere, ne quam arithmeticū characteres geminandi essent, plura ipsi obliterentur.
- a,a** Humeraria ramus per radium cubiti exterione ad ulnae appendicem & brachiale properans, axillarisq; ramo p̄ notando, illic ubi a uisitatur, auila, & parum digitum, deinde & anularem p̄cipue accedens.
- b** Axillaris ramus, cui anteriorem interioremp; brachij sedem inuestienti dispensatus.
- c** Ad musculos cubitum extendentes.
- d** Ramus quartum brachij neriū ad cubiti usque exteriora concomitans.
- e** Axillaris in duos trunca partitionis.
- f,f** Truncus in alto latians, & arteria umidice comitatus, & per cubiti flexum in cubiti tendens.
- g** Dicli trunci ramus radio exporrectus, & surculos pollici, indici & medio exhibens.
- b** Arterie dicli ramum concomitantis soboles, externam manus sedem inter indicem ac pollicem accedens.
- i** Reconditi illius trunci ramus ulnae exporrectus, & paruo dito, anulari & medio soboles deponens.
- k** Sub cūte excurrentis axillaris trunci iuxta cubiti articulum diffuso.
- l** Axillaris ramus communem constitutus.
- m** Communis uenae instar Y diuīsio, atque deinde ipsius per externam manus sedem series.
- o,o** Series est uenarum & item arteriarum intestinis propriarum.
- p,p** Radix p̄cipue arteria intestina petentis.
- q,q** Minor arteria intestinis propria.
- r,r** Glandule in mesenterio positae, & nuper narratos uasorum diuīsio corroborantes.
- s** Foramen septi transuersi stomachum transuer-
- o** Surculus communis internam manus adiens sedem, & hic alijs commixtus ramulis.
- p** Axillaris ramus ulnae exporrectus, uarieq; in cūtem diffusus, & suo extremo cum quadam bumerariā ramo coiens, ubi a possumus.
- q,q** Series uenarum internam cubiti cūtem & uolam implicantium.
- r** Vmbilici portio.
- s,s** Vena ab umbilico in iecur exporrecta.
- t** Meatus urinam feciūs inter secundum ipsius involucrum & intimum defers.
- u,u,u** Arteria fecuti peculiares.
- x** Vesicæ cervix.
- y** Vesicæ cervicis musculus.
- a,a** Superioris ventriculi orificium, enī stomachus a tergo agglutinata figure continuatur, atque hic etiam noratur uena & arteria corone modoid orificium succingens.
- b** Stomachi initium cui tonsilla adhuc affirmatur. Inflexus stomachi ad dextrum latus, ipsi peculiares glandes.
- d** Nervorum sexti paris ad stomachum series.
- e** Vena & item arteria & nervus ab elatiōi orificio ventriculi ad inferius excurrentes. Verū nerus ille iecur adiens, in iecoris cauo etiam in dicatur.
- f** Inferius ventriculi orificium, & duodeni intestini initium.
- g** Vene & arterie buc ab illis deducte, que lienis cauo inseruntur.
- h** Vasa dextram sedem fundi ventriculi implicates.
- i** Vasa sinistra fundi fundi ventriculi intestinatis, & superiori membrane omenti, ut & nuper dicta uasa, surculos deponentia.
- j** Musculi rectum intestinū orbiculatum ambies.
- k** Musculi rectum intestinū post egestionem sursum trabentes.
- l** Sedes qua colum intestinū recto continuatur, argu ideo interuallum a & ad μ rectum est intestinum.
- m,m** Cūtem intestinū.
- n** Cæcum intestinū.
- o,o,o** Omnes isti anfractus ilei seu uoluuli, intestini & ieiuni censentur.
- p** Usque ad 7 duodeni intestini maxima est portio.
- q** Glandula duodeno intestino, ut & ieiuni initio adnatum.
- r** Meatus bilius uescicula duodeno insertus.
- s** Enā porta caeca.
- t** Iecori inserta arteria, & nerus quoq; illi exporrectus arterie.
- u** Bilius uescicula adiens arteria & nerus.
- v** Enā bilius uescicula adentes.
- w** Vena & item arteria posteriorē ventriculi sedem iuxta ipsius inferius orificium accedentes.
- x** Vena ventriculi petens, quā gibbum ipsius dextrum dorsi, sedem p̄ficit.
- y** Vena, arteria, nerus, dextram fundi ventriculi sedem implicantes.
- z** Minor portae maxime distributionis truncus.
- c** Grandior truncus maxime partitionis uenae portae.
- d** Vena & arteria duodeno intestino potissimum exporrecta, & ipsi attento corpore glanduloso suffulta.
- e** Vena cum conuge arteria dextram sedem adiens inferioris membrana omenti.
- f,f** Radix arteria in iecur, ventriculum, lumen & omentum, & bilius uescicula digesta.
- g** Vena cum conuge arteria superioris ventriculi orificium corone modo tandem cingens, atque in ventriculi figura inter & a occurrit.
- h** Vene & arteria p̄cipua inferioris membranae omenti sedem petens, & colon quā ventriculo exporrigitur implicans.
- i,i** Glandulosum corpus uasorum distributioni līc p̄fectum.
- k** Inferioris omenti membrana sinistram sedem accedens uena.
- l,l** Vena ab illis que cūte iuxta sinistram uenam, sedem aduenit. Verū p̄cipua n̄ indi cantur, que sinistram sedem ventriculi im plicant.
- m,m** Vena ab illis que cūte iuxta sinistram uenam, sedem aduenit. Verū p̄cipua n̄ indi cantur, que sinistram sedem ventriculi im plicant.
- n** Inferioris omenti membrana sinistram sedem accedens uena.
- o,o,o** Series est uenarum & item arteriarum intestinis propriarum.
- p,p** Radix p̄cipue arteria intestina petentis.
- q,q** Minor arteria intestinis propria.
- r,r** Glandule in mesenterio positae, & nuper narratos uasorum diuīsio corroborantes.
- s** Foramen septi transuersi stomachum transuer-
- t** tens, atq; adeo sinus iecoris stomacho cedens. Iecoris ligamentum, quo sinistra ipsius pars se pto neglectur.
- u** Magna arteria septum permeans, atq; adeo ipsius ramus in dextram septi partem excurrens.
- v** Causa uene caudex.
- w** Vena sinistri renis pingue accedens tunicam.
- x** Vena & arteria reni dextro oblate.
- y** Vena dextri renis pingue tunicam intexens.
- z** Sinistram renem accedens uena & arteria.
- aa** Sinistra seminalis uena.
- bb** Dextra seminalis uena.
- cc** Arteriarum seminalium ortus.
- dd** Sinistra seminalis uena & arterie congressus.
- ee** Ramuli a uena & arteria in membranam excurrentes, quā peritoneo committuntur.
- ff** Portio uene & arterie testem adeuntium, superiore fundi ueri sedem petens.
- gg** Commixatio uene & arterie seminalium, que instar pyramidis est, & ueribus assimilatur.
- hh** Testis sinistri.
- ii,ii** V as semin a testis in uterum defers.
- jj** Obitus uteri fundi angulus, in quem uas semen defens in extreū molitur.
- kk** Hac se de funis uteri in cervicem terminatur, hacq; regione ipsius conficit orificium.
- ll,ll** V teri cervix.
- mm** Hic uescicula cervix in uteri cervicem producitur ac definit.
- nn** Vasa sunt inferiore uteri fundi sedem & cervicem implicata.
- oo** Cervicis uteri oris colliculi.
- vv,vv** Meatus urinam ē renibus in uerbris ipsiū ad natūs musculis, & abdominis lateribus exporrecta.
- pp** Vene cause & arterie super os sacrum partitio.
- cc,c** Arterioles sunt sacri oīis foramina petentes.
- dd** Sinistri partitionis dicla trunci diuīsio.
- ee** Inferioris ramū dicla diuīsionis propago, nates & coxendicis oīis adnexa petens.
- ff** Dicli ramū propago tandem uescicula & utero digesta.
- gg** Pars est arterie fecuti peculiares, quam ante ad uescicula latera n, ut & hic quoque in maiori figura portio, notaūmus.
- hh** Portiuncta exterioris ramū dicla diuīsionis ad reliquum accedens interioris ramū.
- ii** Reliquum interioris ramū per pubis oīis foramen in musculos interiorē femoris sedem occupantes distributum.
- kk** Sedes qua soboles dicli reliqui aletri uene commiscetur. Verū hic ex tabula prompta animadueris, quando & arterie subaudiendum est, quoniam scilicet uene arteriam attendi cernis.
- ll** Exterioris ramū propago, abdominis inferiorē sedem ad umbilicum usq; perrepens.
- mm** Vena per femoris & tibiae interiora sub cūte ad digitos usq; pedis distributa, & in progressu uarios edens surculos.
- nn** Coxendicis anteriora petens, sub cūte tamen.
- oo** Musculos et cūtem femoris exteriorem sedem occupantes intertexens.
- pp** Musculis anteriorē sedem femoris occupantes bus digesta.
- qq** Dicla modō uene congressus cum ea que per pubis oīis foramen femur adit.
- rr** Hac p̄cipua femur petens uena secundum femoris os reflectitur.
- ss** Propagines musculos posteriorē femoris sedem occupantes, & cūtem huus sedis ad suram usq; accedentes.
- tt** Diuīsio in poplite, atque adeo ramū in musculos a femoris capitis hic pronosticantes distributis.
- uu** Majoris dicla diuīsionis trunci uenam, extermam tibiae cūte ad summum usq; pedem implicans.
- yy** Vena & arteria quācum id non additum operuit fibula exporrecta, ac inter musculos latias.
- zz** Majoris dicla diuīsionis trunci ramū, cūtem interiā tibiae sedem integrantem, ad digitos usq; uarii subiens.
- aa** Ramū dicli trunci suram ad calcem usq; petens.
- bb** Propagis grandioris reliquum inter musculos posteriores tibiae sedem, sibi uendicantes deorsum reponens, & inter tibiam & calcem pedem subiens, rēmus digitorum inferiori sedi communicans.

VENARVM

CHARTA, EX QVA FIGVRAM PARARE CONVENIT, ILLI QVAE  
NERVORVM SERIEM EXPRIMIT APPENDENDAM.

OMNES figure hac charta impressae simul ad unam spectat, que ex capite, aut ut ut com modius duxeris, illi figurae agglutinanda uenit, que nervorum seriem proponit, ac in folio m inscripto, seu omnium ultimop spectatur. Quod eos admontos uoluimus, qui in imparata incident exemplaria, suoq marte ac industria hec sibi concinnabunt: in quo opere tum in glutinando & singulis a superflua papyro resecedendis, tum coloribus si uisum erit adhibendis, quisque quantum uoleat prestat. Dein ut robori consilatur, toti huic chartae non inuicliter membrana subglutinabitur, priusquam tota charta in tot frusta quot figurae complectitur, dividatur, quibus numerum in hoc asserbam, ut quo queq loco committenda sit, explicem, quantumq in me est studiorum labori consilium.

PRIMAM ceterum precipiam, ac uelut aliarum omnium basim ex figura nudam mulieris imaginem exprimit proportionem, uic & ceteras omnes hic obuias delineavimus, que primum undecimq in ambitu proximè ad delineationem à reliqua charta est refecanda, interim latiuscula reservata in capitis vertice portione, à qua postmodum g' uimini queat, simulaque reliquæ partes ipsi fuerint commissæ.

SECVNDAE figura stomachum & anteriorē uenericuli sedem simul cum superiori mem brana omenti, harumq partium uasis & nervis pro ponenti, aliquor alie, priusquam prima committatur, uenient agglutinanda. TERTIA enim, que posteriorem regionem exprimi, toius inferioris membrana sedis que sub colo intestino consistit, quæ id uenericulo exporrigitur, ita ex proportione superiori membrana omenti gluti nanda est, us omentum sacculi imaginem referat. QVARTA dem, que intestinorum imaginem blandam offert, tercia figura tergo ea fede est committenda, qua inferius uenericuli orificium intestinorum principio continuatur. Sedem hanc in secunda figura et quarta possum indicare. Quum tamen quartam committis, conducerit utring ad? latera chartæ portionem afferuare, illamq tercia figura, ut quarta validus habeat, agglutinare. Nunc secunda primæ nexus, trasuersem factio ne in prima inibi duces, ubi si in humiliori septi transversi sede occurrit, iecoris statu indicans, quo id stomacho hac transiunt cedit. Per hoc foranea stoma chumita transmises, ut altera arteria subiiciatur, uenericulusq sua sede constat. Nexus uero ad primæ figure tergum iuxta nuper dictum sonum molieris.


QVINTA figura inferioris omenti mem brana portionem exprimit, que posteriori uenericuli subiicitur sedi, ac uene portæ distributionem sim il cum arterijs nervisq hac excurrentibus suslinet. Insuper præter eiusmodi uasa, hic etiam uenis ac arterijs per mesenteriū diffusis spectatur, totaq figura ad primam in iecoris cauo ita est gluti nanda, ut v, p, r, e in urisq figuris occurrentia in uicem respondeant.

SEXTA figura uterum cum testibus se mindibusq uasis proponens, postquam cæterarum modo circuiscerit, prima inibi in dextro latere et sinistro iungetur, ubi uena arteriaq seminales simul coeunt, & in sinistro latere in prima figura & sexta spectatur. Quum hanc iungis, etiam SEPTIMA, que uescam ac umbilici uasa simul cum meatuum urinam & renibus deferentiam portio ne, eadem sede ad primam ita est conglutinanda, ut meatus illi seminarijs uasis subgluentur, ipsa autem uesica uero incumbat, proportione quæ posse optimam hic obseruans, quam partium delineatio ac continuitas facilè monstruantur.

OCTAVA iecoris gibba sedis eam portionem delineatam continens, que in anteriori corporis regione spectanti occurrit, et à iecoris fissum refert, cui uena ab umbilico ducta inseritur. Hanc itaq ueluti ex puncto tantum, illuc iecori in prima figura committis, ubi A inter F & spectatur.

NONA uena pari carentis seriem ostendens, ad prime figure tergum est committenda, ubi caue caudex uenam illam sine coniuge promittit. atq id fieri promptè, si ad o in ambabus figuris animu adhucueris.

DECIMA, que duas partes, ubi à super flua papyro resecedet, constituet, superiori sede uenam ac arteriam dextram lateris delineatas contineat, que sub peloris ossis decorsum repentes superiorem abdominis sedem petunt. Hæc suo charactere q in ingulo ad prime figure q glutinabitur. \* autem ad ramum prima figure, qui ad dextrum latu s & m resecatus conficitur. Hæc humilior decima figura pars uasa ostendit in inferiorem abdominis sedem excurrentia, que inibi ad primam figuram sunt committenda, ubi in dextro latere l iuxta uasa crus peccentia obuiu est, illorumq uasorum apparentia. Nunc primam chartam chartæ comites, que nervorum seriem proponit, & leui negocio obseruabis quo sicut singula sint locanda, si modo characterum indicem partiumq descriptionem operi adhibueris.



EX LIBRIS MARIANAE CONVENTUS ET ALEXANDRI  
MAGNUS ET MARIAE EMBRACEI

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

VENARVM, ARTERIARVM, NERVORVMQVE OMNIVM INTEGRA DELINEATIO  
SIMVL CVM NVTRITIONIS QVAE CIBO POTVQVE FIT ORGANORVM, ET CORDIS PVLMONI'SQVE  
ac demum muliebrium generationi subscrumentum instrumento-

FIGVRAE HVIC CHARTAE IMPRESSAE,  
cuiq; alia agglutinatur, ac quae peculiariter nervis ostenden-  
dis parata est, characterum Index.

C E R E B R U M una cum cerebello cerebri exortibus cum in modum hic  
delineauimus, quasi à calvus erudatum in ipsius basita conficeretur, ut apparet  
et si quis crederet caput in posteriora quam maximè fleceret, sursum retrorsumq;  
oculos acturus. Cæterum quantum utriusq; lacræ eadem neuorum in praesenti figu-  
ra est ratio, sufficerit uni tantum lateri characteres adhibere.

A, B, C Cerebri ex altero latere basis notatur, ac A indicat partem ipsius ad nervi sum-  
mum prominulam, nonnullisq; matillarem processum nuncupatam. B uero cerebri  
partem insinuat, amplum calvarie sinus fibeunt, qui ad latus sinus consistit, quo  
glands cerebri pectenam excipiens reponitur. C autem maxime posti-  
cam cerebri sedem notat.

D, D Cerebellum.

E Sinister cerebri processus, organo olfactus subministrans.

F Nervi uisorij sinistri ortus.

G Nervorum uisoriorum coitus.

H Tunica, in quam uisorum nervus exolutur, degenerat.

I Secundum neuorum cerebri par.

K, K Minor radix tertij paris.

L Crassior radix tertij paris.

M Quartum par.

N Quinti paris gracilior radix.

O Quinque paris insignior radix.

P Membrana, in quam quintum par in auditus organo præcipue  
exolutur.

Q, R Majoris quinti paris radicis propagines, quorum hæc per ea  
cum elabuntur foramen, illa uero per aliud sibi proprium.

S Sextum neuorum par.

T Septimum neuorum cerebri par. atq; horum neuorum progressus  
hic non delineari poterit, quamvis interm magna ex parte in alijs  
huius compendij figuris pasim, præcipue uero in huic superposita,  
et tertia ad musculos ostendendos præcipue parata occurrit.

V Dorsalis medulla ex cerebri basis medio in eum.

O Dorsalis medulla sedes qua calvariam egreditur.

1,2,3,4 Numeri characteres septem cervicis, duodecim thoracis,  
quinq; lumborum, et sex sacri ossis indicant vertebras, atq; adeò tri-  
ginta neuorum à dorsali medulla præsidentium paria, quorum se-  
riem quam potius accuratisime & simplicissime in hac tabella meo  
marie delineata ex prefatis. Verum quia hic locus exiguum charac-  
terum declarationem admittit, non omnes neuorum soboles literis  
insignitivis sunt.

P Septi transversi sinistri nervus, quem citra aliam characterum  
operam ex quarti, quinti & sexti parium propaginis efformari  
conficitur, promptum enim est delationem intelligere, si prius de-  
scripta neuorum series hæc picture accommodetur.

Q Nervus à quinto pari cui summum humerum inuenientur, et dein  
musculo brachium mouenti præcipue distributus.

R Primus brachij nervus, ipsiusq; propagines hic in eum excurrit.

S Secundus brachij nervus, ipsiusq; in anteriem cubiti flecten-  
tium musculum soboles.

T Tertijs brachij nervus, ipsiusq; propago cuti anteriorum brachij  
sedem invenientur oblate.

V Tertijs nervi propago ad muscularum posteriorum cubiti flecten-  
tium accedens.

X Secundi nervi portio tertiorum accedens.

Y Ramus secundi caput adiens longioris radium in pronum mouen-  
tis musculi.

Z Secundi distributio in duos impares ramos.

a Minor ramus secundum radium cuti ad pollicem usq; exorrectus.

b Crassior ramus mox in duas propagines diuisus, quarum series in  
confiduo est.

c Tertijs nervi soboles in musculos internam cubiti sedem occupan-  
tes digestæ.

d Tertijs ramus radio exorrectus, ac dein pollici & indici & medio  
surculos offerens.

e, e Quirinus brachij nervus atq; inferius e ramos rotat musculis cu-  
bili extendentibus depromptos.

f Quirini ramus internam brachij cutem adiens.

g Quirini ramus externam & posteriorem brachij accedens cutem.

h, b Quirini ramus cuti externe cubiti digestus.

i Quirini præcipua distributio ad ingressum cubiti.

k, k Quirini ramus radio exorrectus, & externæ sedi pollicis, indici, &  
medij soboles offerens.

l, l Quartus ramus ulnae exorrectus, & musculis ab externa ipsius se-  
de in tunc ducentibus ramulis exhibens, ac ante brachiale cessans.

m Quintus brachij nervus.

n Quinti nervi series in musculos ab interno brachij ofi tubere pro-  
natos.

o, o Quinti nervi ramus ulnae exorrectus, & interne sedi peruidigitii  
& anularis, aliquando & medij ramusclos differgens.

p Dicili modo ramis soboles in externam manus sedem reficit, ac ex-  
ternæ parui digitii sedi & anularis & medij surculos difforsans.

q, q Sextus brachij nervus, ipsiusq; sub cute tantum ducta serie. Quis  
uero brachij neuorum sit exortus, principiorumque plexus, ab ip-  
sori prompte dignoscitur.

r, r, r Nervi sunt intercostales, illæ præcisi, quæ cum costis cur-  
sum reflectuntur.

s, s Rami in posteriora deducti, hic etiam undiq; obuij.

t, t Huiusmodi serie nervi musculos adeunt thoracis ossibus in-  
fertos.


u, u Propagines indicantur, sexti paris neuorum cerebri ramus co-  
storum radicibus exorrectum augentes.

x, x Propagines neuorum ex lumborum vertebribus exilientium, que ab  
dominis & huius sedis musculis & cuius dispensantur.

y Nervulus testem frequenter petens, hicq; refeculus.

z Propagines sextum femur mouentium adientes musculum.

o Primus femur petens nervus.



- a Primi nervi propago cuti oblate.
- b Primi nervi propago altius intermusculos absumpti.
- c Secundus femur petens nervus.
- d, d Secundi nervi soboles per internam femoris et tibiae sedem ad pedis usq; superiora sub cute excurrentes.
- e Secundi nervi propago musculis anteriores femoris sedem occupantibus deprompta.
- f Tertijs femoris nervus.
- g Tertijs propago, internam femoris cutem implicans.
- h Tertijs propago musculos adiens.
- i, i Quartus femoris nervus, cuius exortus atq; trium superiorum est conspicuus.
- j, n Series anteriorum propagium inferiorum patrum è sacro osse producentium.
- k Dorsalis medulla extremum.
- l Quarti nervi soboles in posteriorē femoris cuti ad medium usq; longitudinis femoris excurrentes.
- m Propago præcipue in quartum etiam mouentium musculum, ac dein in reliquum posteriorum femoris cutem iuxta genu digesta.
- n Soboles in musculos ab inferioribus femoris capitibus pronatos.
- o, g Quarti nervi in duos trunco distributione, ac quidem minorem, & uero insigniorem notat.
- p Minoris trunci propago, externe tibiae cuti ad parui digiti usq; extremum diffusa.
- q Propago fibulae inter musculos exporrecta.
- r Ramulus anterior tibiae cutem implicans.
- s, p Grandioris trunci ramus internæ cutis tibiae ad pollicem usque digestus.
- t Grandioris trunci ramus, posteriori tibiae seu sura cuti exporrectus.
- u Grandioris trunci ramus, ligamentū penetrans fibulam tibiae quæ haec ossa inuicem dehiscentem co-  
mittens, ac dein ad ditorum usque superiora excurrentes.
- v Præcipua grandioris trunci portio, inter tibiae os & calcem pedis inferiora petens, singulisq; digitis surculos offerens.

FINIS.

Prima columnæ in E, uersu 17. lege, promitt <sup>1</sup> col. F, uersu 51. glandula nuci pinea  
instar effigiatæ <sup>2</sup> col. in G, uersu 9. perficiuntur.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M, præter duas chartas nullo  
characteri insignitas: è quarum una figuram parare licebit, figura  
ræ in pagina secunda folij G depictæ agglutinandæ. ex altera ue-  
ro, figura parabitur, ad figuram quæ huic paginæ impressa est,  
figenda. Reliqua uero duodecim folia ex cuiusque arbitratu  
sunt inuicem necunda; quāvis magis conueniat A cum M, &  
B cum L, & C cum K, & ita deinceps iungere, ut uniuersa Epi-  
tome quodammodo sexternionē constituant, modo in  
libri formam hæc concinnare lubeat.

BASILEÆ, EX OFFICINA  
Ioannis Oporini, Anno M D XLIII.  
Mense Junio.


M

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

The image shows the front cover of an antique book. The main surface is covered in marbled paper with a mottled pattern of reddish-orange, brown, and greyish tones. The edges of the cover appear worn and slightly frayed, particularly along the top and bottom. A vertical strip of dark, possibly black or dark brown, material runs along the right edge, likely leather or cloth used for the spine and inner cover. In the top right corner, there is a small, rectangular metal clip or fastener. The overall condition of the cover suggests significant age and wear.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio